ꝟaluerunt vt in caſtello huius mundi itra/
ret pro ſalute humana. Sed humilis virgo
eum ꝓuocauit ⁊ induxit. Et ideo angelus ei
dixit. Inueniſti gratiā apud deum. Luce.j.
Unde ipa recte dicere poteſt illud quod ſcri
ptum eſt.j. Regū.j. Ego ſum illa mulier q̄
ſteti corā te orans dominū p puero iſto. Ora
ui ⁊ dedit mihi domin⁹ petitionē meā quaꝫ
poſtulaui. Ipſa quoqꝫ benedicta virgo con
tinue prouocat deū ad miſericordiā ſuper pec
catores. Unde de ſermone eius cuꝫ filio ſuo
poteſt dici illud Judith.viij. Iſte eſt ſermo
qui miſericordiā prouocat. Prouocat ⁊ pec/
catores ad penitentiā. Iuxta illud Trenoꝝ
ij. vt te ad penitentiā prouocarēt. Item bo/
nos prouocat ad bene operandū. Unde de
ipſa poteſt dici illud Deutero.xxxij. Sicut
aquila prouocans ad volandū pullos ſuos

p ¶Secundo figurat̄ per Martham. Quia
Martha ſyriace interpretat̄ dominās Ipa
vero benedicta virgo facta eſt domina vni/
uerſi. Et maledictiōem mulierū in benedi/
ctionem conuertit. Unde dixit ei angel⁹ Lu
ce pmo. Benedicta tu in mulieribus. Item
earū ſubiectionē in dominiū cōmutauit. qꝛ
ipſa facta eſt regina angeloruꝫ ⁊ hominum.
Unde in ea verificatū eſt illud ſcd̄i Eſdre.
iiij. Oportet nos ſcire quia mulieres viriꝫ do
minantur. Tertio figurat̄ per Martham.
que latine interpretat̄: martē tenens. qui di/
cebatur deus belli. Ipſa enim glorioſa virgo
tenuit: ligauit ⁊ cōculcauit martē.i. diabolū
inimicū humani generis. ſicut p̄dictum fue/
rat Gen̄.iij. Item Judicū.iiij. vbi dicitur.
In manu mulieris tradetur Syzara. Ipſa
igit̄ bn̄dicta virgo ſola meruit recipere dei fi
liū in vtero ſuo. Quia de ipa dici p̄t illud Ju
dith.xj. Nō eſt inuenta talis mulier ſup ter
ram i aſpectu. i pulcritudine ⁊ i ſenſu ꝟborū.
Per ipſam igit̄ ſaluator noſter venit i caſtel
lum mūdi vt ſupbiā rebellātiū humiliarꝫ. et
duriciē obſtinatoꝝ mollificaret. ⁊ imūdiciā
ad mūdiciaꝫ reduceret. ⁊ iſti portas miſcdie
aperiret ac vicijs abſtinere doceret ⁊ ad pri/
mi dilectōꝫ iduceret. ⁊ ad diuinū timorem ⁊
amorē hoies ꝓuocaret. Cui bn̄dicto ſaluato
ri nr̄o ſil'cū pyſſima mr̄e ſua ſit infinita gl'ia
p eterna ſecl'a ſecl'oꝝ Amē.

¶Incipit decima ps hui⁹ ſermonarij qd̄
Mariale appellat̄. in q̄ tractat̄ de paſſiōe be
ate ꝟginis. ſ. gaudij ⁊ meroris. Et pticulari
ac pprio noie a digniori pte exultatio matrꝫ
dei nuncupatur.

¶De paſſiōe pijſſime ꝟgis ac de placītu ei⁹
Sermo pmus

O o Jes tribula/
tionis ⁊ anguſtie dies hec.
Iſa.xxxvij. Oms dies heb/ A
domade ſancta mater eccl'ia
ſic diſpēſat. q dn̄icū diē ſan/
ctiſſime trinitati. diem lune defunctis. diem
martis martyrib⁹ ⁊ ſanctꝫ omib⁹. licꝫ aliq̄ di
cāt q pctōrib⁹. diē ꝟo mercurij angelis. diē
iouis ſpūiſctō. diē venerꝫ paſſiōi xp̄i. diē aūt
ſabbati beate ꝟgini Marie dedicauit. Iſtū
aūt diē ipi bn̄dicte matri dei mltis ex cauſis — Sabbatū marie appropꝛiatur
appropriauit. Primo rōne reqetiōis. Sic
em in die ſabbati deus reqeuit ab omi opere
quod patrarat. Gen̄.ij. Ita xp̄s intrans bea
tiſſime ꝟginis vteꝝ reqeuit i ea. Nā ſpūſſā/
ctus in nullo ſanctoꝝ inuenit plenā requieꝫ
niſi in xp̄o ⁊ btā ꝟgine. qꝛ in omib⁹ alijs ſan/
ctis ſaltē habuit repugnātiā peccati origina/
lis vel venialis. ſed in xp̄o ⁊ matre eius nul/
lam repugnantiā inuenit. ⁊ iō in eis perfecte
quieuit. Et hoc figuratū fuit Gen̄.viij. vbi
dr. q colūba de archa emiſſa nō iuenit vbi re
quieſceret pes ei⁹: ſed reuerſa eſt in archam.
Et ſil'r ſpūſſanct⁹ nō inuenit in diluuio pec/
catorū requiē niſi in Maria. Si ergo dies
quo deus ceſſauit a creatiōe rerū temporali/
um ſanctificat⁹ eſt: qꝛ ſūmm⁹ opifex de⁹ ſuam
opatiōem cōpleuit i eo. Cū op⁹ recreatiōis
ſit maius ope creatōis. qꝛ i recreatōe de⁹ hō
fact⁹ eſt. iuxta illud Joh.j. Uerbū caro fa/
ctum eſt. pfecto etiā ⁊ mlto magꝫ debuit vn⁹
dies hebdomade deputari ad recolenduꝫ h̄
myſteriū reqetiōis xp̄i in vtero ꝟginali ad
honorē ipi⁹ ꝟgis. Et qꝛ ſabbato iſte bn̄dict⁹
Jeſus quaſi ab omib⁹ opib⁹ vacās cōpleta
humana redemptōe ⁊ recreatōe in ſepulcro.
vt infra dicet̄ reqeuit. Ipa (qꝛ ſabbatū iter/
p̄tatur requies) ꝯuenienter talis dies deputa/
tus ē ad honorē ipi⁹ mr̄is dei. de qua ipe inq̄t
ps.cxxxj. Hec reqes mea in ſeculū ſeculi: hic
habitabo qm̄ elegi eā. Scd̄o hoc factū eſt ra
tione bn̄dictiōis. qꝛ ſic ipa dies ſabbati fuit
a deo bn̄dicta Gen̄.ij. ita ⁊ btiſſima ꝟgo fuit
a deo p̄ omnib⁹ bn̄dicta. Un̄ illi dixit angel⁹
ex parte dei Lu.j. Bn̄dicta tu in mulierib⁹.
Pater em̄ etern⁹ bn̄dixit eā accipiēdo i ſpon
ſam. fili⁹ in mr̄em. ⁊ ſpūſſctūs in ſuū ſacrari/
um. Angel⁹ quoqꝫ nō ſolū in pſona dei ſꝫ eti/
am ex parte oim angloꝝ ⁊ cūctaꝝ creaturaꝝ
eā bn̄dixit. Et iō ſup illa ꝟba Lu.j. Beatam

me dicēt oīs generatões.dic glo. Nõ ſoluꝫ
create ſꝫ etiã increate. Tertio h̄ factū eſt q: ſi
cut ſabbatū eſt mediū inter diē gaudioſum.
ſcꝫ dñicū diē.ꝛ diē doloroſum.ſ.feriã ſextam
ita ipa ỽgo eſt mediatrix inter deū ꝛ hoīem.
Quarto rõne ſepelitõis:q: ꝑ totã diē ſabba
ti corp⁹ dñi i ſepulcro ſepultū iacuit. Die ei
veneris in ſero btiſſima ỽgo ſuo bñdicto fi/
lio (vt infra videbiť) cū imēſo dolore ꝛ lacri/
mis ſepulturã impēdit.ꝛ qñ illud ſacratiſſi/
mū corp⁹ ꝑfecte i ſepulcro recõditū fuit:iam
incepat nox ſabbati.licet initiū ſepulture in
cepiſſet i fine ipi⁹ diei ſexte. Et ſic ad memo/
riam iſtaꝝ exequiaꝝ ad ei⁹ honorē ſabbatuꝫ
fuit dedicatū.q: ſicē corp⁹ filij ſui illa die fuit i
tumulo clauſum.ita cor ỽgis fuit dolore con
B cluſum. ¶ Quinto h̄ fuit inſtitutū rõne dere/
lictionis. Nã fides xpī ab oīb⁹ diſcipulis de
relicta ē.ꝛ h̄ die i ipa ſola ỽgine ꝑſtitit q̄ do/
mi remãſit expectãs reſurrectõꝫ filij. Sed q̄
dam arguunt ꝙ etiã alij habuerint fidē tali
die. Nã Johes etiã ipe ſecut⁹ eſt xpm ad cru
cem.ꝛ ibi manebat cū ipa ỽgie. Joh.xix. Itē
crediť interfuiſſe ſepelitiõi xpī cū ipa ỽgine.
Cucurrit etiã cū Petro ad monumētū dñi.
vt hꝫ Joh.xx. Itē (vt dicit Aug⁹.ſup Joh.)
Petrus q̄ negãdo xpm fuit mortu⁹:ploran/
do reſurrexit ꝛ reuixit. Preťea Maria ma/
gdalena ſecuta ē dñm cū alijs mulierib⁹ vſqꝫ
ad crucē.q̄ ſancte mulieres ſue ſepelitioni in
terfuerūt.atqꝫ poſtea vnguēta parauerūt vt
vngerēt corp⁹ Jhu.ꝛ cū ipis vnguētꝭ prexe/
runt ad monumētū.vt hꝫ Matthei.xxviij.
Mar.vlť. Lu.xxiiij.ꝛ Joh.xx.ꝛ ꝯſequēter
videť habuiſſe fidē. Quib⁹ rñdeť ꝙ in ſola ỽ
gine remãſit ꝑfecta fides i paſſione xpī. Vñ
ſup illa ỽba Joh.xiiij. Vt cū factū fuerit cre
datis.ait glo. In apl'is nulla fides remãſit i
paſſione dñi. Et Augꝭ.ſup Joh.dic.ꝙ apl'i
nõ ſolū carnē xpī reliquerūt ſꝫ etiã mētꝭ fidē
Et Nico.de lyra ſup.iij.ſen.inq̄t.ꝙ ſabbato
ſctõ tota fides i pectore ỽgis remãſit.ꝛ ideo
illi ſabbatū dedicatū fuit. Et h̄ oñdit eccl'ia
in illis trib⁹ dieb⁹ ꝓpe paſca i matutino i.xv.
candel' accēſis.q̄ oēs extinguunť ꝑter vnam
alijs altiorē.q̄ vſqꝫ ad finē remanet accenſa.
Iſte em̄ cãdele ſignificãt.xj.apl'os.ꝛ q̄ttuor
marias.ſ.mariã magdalene.ſalome.alphei.
ꝛ mr̄em dñi. Oēs em̄ hi erant tãqꝫ cãdele ac
cenſe ꝑ fidē. Judas em̄ an̄ paſſionem xpī ob
ſcurat⁹ ꝛ extinct⁹ fuerat a xpī fide et amore.
Omēs aūt iſte cãdele extincte fuerūt i paſſi/
one chriſti ꝑter ipſam virginē.in qua remã/
ſit lumē fidei occultū.qd̄ poſtea patefactū eſt

ad omēs ſuo exemplo illuminandū. Propť
hoc etiã in miſſa ſabbati ꝑmiſceť tract⁹ cum
alleluia.i.dolor eſt de apoſtoloꝝ incredulitate
ꝛ nihilomin⁹ gaudiū de Marie fide et xpī
reſurrectione.ꝓpter hoc etiã in eadem miſſa
omittiť offerēda.q: apl'i nõ erãt ꝯuerſi vt ꝑ
verã fidem dño poſſent offerri. ¶ Ad auctes
aūt ꝯtrarias rñdeť.ꝙ triplex fuit grad⁹ i ne/
gatione ſiue incredulitate aploꝝ. Prim⁹ ꝙ
oēs fugierūt. Mat.xxvj. Scd̄s ꝙ vigore
aſſumpto quidã coꝝ ſecuti ſunt eū.ſicē petr⁹ ꝛ
Johes.ſicut de Petro habeť Matt.xxvj.et
Mar.xiiij.ꝛ Lu.xxij.ꝛ de eodē ſimul cū Jo/
hãne. Joh.xviij. Terti⁹ grad⁹ eſt.ꝙ mortuo
xpo omēs increduli effecti ſunt:ſola btã ỽgie
imobili remanēte ꝯſtãtiſſima i fide. In me
dio aūt gradu fuerūt Petr⁹ ꝛ Johes ꝛ mu/
lieres ꝑdicte. Vel dicendū ꝙ ſecuti ſunt eum
ꝑdicti apl'i ꝛ etiã mulieres.nõ ꝙ haberēt ve/
rã fidē de ei⁹ diuinitate ſꝫ ex q̄dã amorꝭ ꝛ dile/
ctiõis cordialis attractõe ꝛ ꝯpaſſiõis affecti
one. O igiť magnū feminaꝝ ꝑconiū vt i ſo/
lo pectore feminco tota fides recõdita fuerit
Nã naturaliter natura feminea ē fragil' ad
reſiſtēdū.mobilis ad ꝑſeuerãdū.ꝛ parui iu/
dicij ad ꝯſulendū. De ꝑmo.ſ.de eaꝝ fragili/
tate habeť inſti.q̄b⁹ alie.li.vel nõ.§.j. De in/
ſtabilitate ꝛ icõſtãtia hꝫ.xxxij.q.vij.c.ꝙ ꝓpo
ſuiſti.ꝛ in.l.filia.C.de ioffi.teſta.ꝛ i.c.for⁹.§.
ſ.de ỽbo.ſi.ꝛ nõ.i.c.de clã.deſpõ.ꝛ.c.vlť.ď pac.
li.vj.ꝛ.xxxij.q.ij.c.mulier.ꝛ de frigi.ꝛ ma.c.
vl. De ꝯſilio aūt ꝛ iudicio eaꝝ inutili vl' no
ciuo habeť in.l.iiij.C.de ſpõ.ꝛ i.l.filia.C.ď ioſ.
teſ. Hūc aūt triplicē defectū btã ỽgo abſtu/
lit a natura feminea.que i tolerãtia paſſiõis
ꝛ incõſtãtia fidei ꝛ dilectionis.ꝛ i ꝑſpicacia
iudicij ꝛ actõis quoſcūqꝫ viros incõparabi/
liter exceſſit.qd̄ paꝫ ex eo ꝙ diſcipulis pre ti
more mortꝭ fugiētib⁹ ꝛ i fide vacillãtib⁹:ipa
incõcuſſa ſtetit:ꝛ ꝯſtãtiſſima ꝑſeuerauit.ꝛ in
omni caſu ſemꝑ melius egit.qd̄ patet ex eo:
ꝙ ſalutē humani generꝭ magꝭ ſc̄m rõnem vo
luit q̄ꝫ filij ſui ab acerbiſſima pena liberatiõꝫ
Potiuſqꝫ voluit eū pati aſperrimã paſſiõeꝫ
q̄ꝫ humanū gen⁹ eternã dãnatõꝫ.vt in ꝑnti
ſmone videbiť. Vñ Anſelm⁹ in quodã ſmo
ne ait. Debet ğ maria merito laudari.q: ipa
eſt dom⁹ firma.quã nec flumia nec venti nec
imbres.i.varia genera paſſionū xpī que irru
erunt i eã ſubuertere potuerūt a fide ſbmer/
ſis omib⁹ alijs q̄ ipm puꝝ hoīem crediderāt:
cū tot ꝛ tãta tam alacriter pateretť. Et Aug⁹.
inq̄t. O beata Maria quis tibi valeat iure
gratiarū ꝛ laudum preconia impēdere que

Triplex gd⁹ icredulitatis aploꝝ.

tuo ſingulari merito mūdo ſuccurriſti ꝑdi
to? Quas tibi laudes fragilitas humani ge
neris ꝑſoluet: que tuo ſingulari cōmercio re/
cuperadi aditū inuenit? Sexto deputatū
eſt ei ſabbatū ratione paſſionis. Paſſio eñ
ſanctoꝝ eoipſo die cōſecrari ſolet quo mor/
tem ꝓ chriſto ſuſcipiūt. Et ideo equiſſimum
eſt vt illa dies virgini dedicetur quo ꝓ chri/
ſto eius filio dilecta eſt paſſa. Sꝫ die vene/
ris ſancta. ⁊ die ſabbato paſſio ipſius ṽgis
ꝑdurauit. ergo illi duo dies deberēt eidē ṽgi
ni dedicari. Verū quia eccleſia diē veneris
paſſioni filij dedicauit. ſaltem diē ſabbati ſue
matris martyrio ⁊ paſſioni debuit dedicare.
in quo indicibili cruciatu afflicta fuit. ⁊ eiꝰ
aīam filialis paſſionis gladiꝰ ꝑtrāſiuit. vt ṗ
dixerat ei ſctūs Symeō Lu.ij. Vñ ipa dice
re poterat ṽba thematis nr̄i. Sup q̄bꝰ tres
ꝯſideratiōes facieꝰ.
Prima dicet veritatis.
Secūda cauſalitatis
Tertia ṽo ⁊ vltima multiplicitatꝭ

¶ Pars prima huius ſermonis que dr̄
veritatis.

*An ma/ria tātū doluerit ⁊ fleuerit ſicut ſcri bitur.*

Q Ueritꝰ ꝓ expeditione huiꝰ partꝭ. nū
quid beata ṽgo tot ⁊ tantos dolores
habuerit ex paſſione filij: tantūq̄
fleuerit ſicut de ea ſcribitur ⁊ predicat? Et re
ſpondent quidā nō bene intelligētes ſcriptu
ras. nec pietatē ṽginis cōſiderantes: ſed de
ſuo capite legē facientes. ꝙ beatiſſima virgo
non fleuit ī morte filij: nec etiā doluit. Quā
erroneā opinionē ſuā conant palliare tribꝰ
fundamentis. Et primo dicunt ꝙ ipſa bñ/
dicta virgo non erat ſicut relique femine ad
lachrymas ꝓna. ſed erat ſapiēs ⁊ in omnibꝰ
ꝯformis volūtati dei. Vñ q2 ſciebat ꝙ deus
ordinauerat filiū ſuū debere mori ꝓ ſalute ge
neris humani: nō dolebat ſm eos. nec dolorē
exterius oñdebat: ne a volūtate diuina diſ/
cordare videret. Secundo dicūt ꝙ ipā ſacra
tiſſima virgo fuit plena charitate. ꝓpter qḋ
comparat ſoli relucēti. iux̄ illud pſ̄. xviij. In
ſole poſuit tabernaculū ſuū. Quapropter ex
charitate liberatōem humani generꝭ multū
deſiderabat. Sꝫ nō ignorabat hāc liberatio
nem ꝑ mortē filij ſui debere fieri. ğ ſm eos nō
dolebat ſed de morte ipſiꝰ filij exultabat. Ter
tio quia ſciebat mortē filij ſui cito trāſituram
⁊ poſt triduū filiū ſuū de morte ad vitā glori
oſum reſurrecturꝫ. ⁊ poſtea ī celū quadrage/
ſima die aſcenſurꝫ. ⁊ indicibilē gl̄iam ꝓpter
toleratiōem mortis ꝯſecuturꝫ. Vñ iſtis ꝯſi/
deratis potius debuit ſm eos gaudere q̄ƺ fle/
re: ⁊ ad mortē incitare filiū ſuum ſicut mater
Machabeoꝝ hortabat ad tolerandū paſſio
nem filios ſuos. de q̄ dr̄. ij. Mach. vij. Su/
pra modū aūt mr̄ admirabilis ⁊ bonoꝝ me/
moria digna q̄ pereūtes ſeptē filios ſub vnīꝰ
diei tempe cōſpiciens bono animo ferebat ꝓ
pter ſpem quā in deū habebat. Et ſingulos
eoꝝ hortabat voce patria fortit̄ repleta ſapi
entia. ⁊ feminee cogitatōi maſculinū aīm in
ſerens ⁊c̄. ¶ Sꝫ iſte rōnes ſunt friuole. vane

*Alia opio*

erronee ⁊ nulle. Immo ſi q̄s eas ꝑtinacit̄ te/
nere vellet (vt aliq̄ dicūt) hereticus putaret.
Quia ſm ſcm̄ Bonauē. i. iij. diſ. xvij. arti. j.
q. j. hiſdem rationibꝰ poſſet probari chriſtū
veraciter nō habuiſſe paſſionis dolorē. et ſic
euacuaret tota noſtra redemptio. Nā ⁊ xp̄s
fuit ſapientiſſimꝰ: ⁊ ṗdicta omnia cognouit
⁊ cū volūtate diuina quo ad humanitatē ſe
ꝑ omnia ꝯformare voluit. Et tamen veriſſi
me ī ſenſualitate ſua doluit. Dico igitur ſm
ſniam beati Thome vbi ſ̄. ⁊ Scoti in eadē
diſtinctiōe. q. ij. ꝙ contingit acerbitatē dolo
ris eſſe in ſenſualitate vel in rōne. Fuerūt ğ
ṗdicta ꝯſeruata in ꝑte rōnali ipſiꝰ virginis.

*Acerbi/tas dolo rꝭ ieſt du plicitet*

Unde gaudebat quo ad ipam rōnem: ſed ꝑ
hoc non tollit q̄n chriſtus ⁊ ṽgo ſint paſſi in
parte ſenſuali ſm ṗdictos doctores. Habuit
ğ ṽgo bñdicta ṗdictas ꝯſideratōes in rōne:
ꝯſeruātes ipam in vera patientia ⁊ ꝯformā
tes ea diuine volūtati ſm rōnem. Et inq̄ƺtū
ipa ꝯſiderauit fructū paſſionis filialis. ſ. re/
demptionē humani generis. cōtēta erat ſm
rōnem ꝙ potius ipſe ſic moreret q̄ƺ humanū
genus eternaliter periret. imo in pte ſupiori
rationis in qua ipm fructū mortis filij ſum/
me appetebat ⁊ deſiderabat. etiā ſumme gau
debat: q2 charitate plena. Sꝫ ī pte inferiori
⁊ ſenſuali ſumme dolebat ī corpe ⁊ aīa ex cō/
paſſione filij ſui. vt etiā dic̄ doctor ⁊ theolo/
gus irrefragabil̄ Alexāder de ales in. iij. pte
ſumme. in tractatu de ꝯceptōe xp̄i. q. xvj. ī re
ſponſione ſecūdi argumēti. Vn inq̄t Hiero
nymus ad Euſtochiū. ⁊ Richardus de me/
dia villa. in tertio. diſt. xxxiij. arti. vij. q. iiij.
ꝙ licet ipſa benedicta virgo non fuerit corpo
raliter martyrizata. tamē tanta pena ⁊ anxi/
etas eam cruciauit tempe paſſionis filij ſui:
ꝙ fuit plus q̄ƺ martyr. Et hoc prenunciatū

*Maria plus q̄ƺ martyr*

fuerat Johel. ij. vbi dr̄. Sol vertet in tene/
bras ⁊ luna in ſanguinē. Sol eñ. i. chriſtus
qui eſt ſol iuſticie: verſus eſt ī tenebras ꝑ mor
tem. ⁊ luna. id eſt virgo Maria. verſa eſt in
ſanguinem per compaſſionem. Tanto enim

granıꝰ paſſa ē ipa glorioſa ꝟgo ꝙ alij marty
res: quãto ſuũ martyriũ fuit aīe ⁊ ſpũs. Ali
orum ꝟo martyꝝ fuit corpale. Ipſoꝝ ei mar
tyꝝ corpa ptrãſiuit gladiꝰ materiał. beatiſſi
me aũt ⁊ piiſſime ꝟgis animã ptrãſiuit gladi
us compaſſionis. Vñ quãto aīa eſt nobilioꝛ
corpoꝛe. c. ſi ſolite de maioꝛitate ⁊ obedientia
⁊ c. ſi habes. xxiiij. q. iij. Tãto eius martyriũ
fuit acerbius. qꝛ gladius penetrãs nobiliꝰ ⁊
delicatius ſubiectũ: maioꝛē cauſat doloꝛemꝙ
ſi penetraret ſubiectũ minus nobile ⁊ delica
tum. Et confirmat Nicolaus de lyra ſup. iij.
ſententiaꝝ predictã concluſionē dicēs ꝙ btã
virgo ſuſtinuit in paſſione xpi maius mar
tyriũ ꝙ aliquis martyr. Et mouet̃ hac rõne
Quia doloꝛ paſſionis oritur a leſione carnis
cũ perceptiõe ſenſus ⁊ redũdat in aīa. Doloꝛ
ꝟo cõpaſſionis oritur ⁊ incipit in aīma. ⁊ re
dundat in ſenſum ⁊ carnē. Quãto igit̃ aīa ē
potentioꝛ ⁊ magꝭ dominãs ſup carnē. ⁊ caro
delicatioꝛ ⁊ magis ſubiecta aīme: tãto fit ma
ioꝛ redũdãtia. Et maioꝛ doloꝛ eſt qui icipit
ab anima ꝙ ille qui icipit a carne. Quia igi
tur ita erat in glorioſa virgine. ergo maioꝛ
doloꝛ fuit compaſſionis in ipa ꝙ doloꝛ paſſi
onis qui eſt ex pte nature coꝛruptibilis Hec
ille. Et Alexãder de Ales ſup pſ. lxxxvij. eã
dem veritatē affirmat. allegãs Hiero. ſic di
centem. Btã dei genitrix in ea pte paſſa eſt q̄
impaſſibilis habet̃. Et ideo (vt ita fatear):
qꝛ ſpũaliter ⁊ atrociꝰ paſſa ē gladio paſſiõis
pluſ ꝙ martyr fuit. Et Bern. btãm ꝟginem
alloquēs ait. Nũ impiꝰ crudeli lãcea filij tui
latus aperuit. ipſius aīa ibi nõ erat. ſed tua
plane auelli nõ poterat. Tuã ḡ animã ptrã
ſiuit vis doloꝛis: vt te non immerito plus ꝙ
martyrē pdicemꝰ. ¶ Si autē q̄s querat: q̄re
ipſa benedicta ꝟgo in tãtis doloꝛibus nõ eſt
mortua: Rñdet̃ ꝙ ſingulari dei ꝑuilegio fu
it pſeruata vt fides xpiana in ea cõſeruaret̃.
Itē multis alijs ex cauſis propter q̄s deꝰ no
luit eã mori cũ filio: nec aſcendere cũ eo in ce
lum: ſed dimiſit eã in hoc mũdo p mltos an
nos poſt aſcenſionē filij ad celũ. De quibus
dicemus in vndecima pte huius operis. ſer
mone pmo. pte. iij. Alia quoqꝫ rõne probari
poteſt btãm ꝟginē multũ doluiſſe in paſſiõe
filij. maxime fundamēto topico quod ponit
phus. ij. topicoꝝ dicēs. Si de quo minus. ḡ
de quo magis. Sꝫ beatiſſima ꝟgo doluit qñ
nõ habuit tãtã cauſam doloꝛis. ſ. qñ pdidit
filium ſuũ in hieruſalē cũ remãſiſſet in tēplo
Vnde cũ poſtea reperiſſet eũ dixit illi: vt hr̃
Luce. ij. Pater tuus ⁊ ego dolentes quere

Quare Maria ñ moriebat i tãtis doloribꝫ

bamus te. Et tamen (vt inquit Origenes):
non credebat filiũ ſuũ eſſe captũ aut mortu
um: ſed dubitabat ſibi factum fuiſſe aliquid
quod ei diſplicuiſſet. ⁊ iõ ipm aſcēdiſſe i celũ
Quãto igit̃ magis credēda eſt doluiſſe tēpo
re paſſionis eius: Idē quoqꝫ pbat̃ p illã re
gulã quã ponit Bern. in epiſtola ad canoni
cos lugdunēſes dicēs. Nõ paucis moꝛtaliũ
eſt ↄceſſum: nõ eſt credendũ btē ꝟgini fuiſſe
denegatũ. Immo ipa bñdicta ꝟgo hũit oĩa
grãs ⁊ oĩa ꝑuilegia que fuerũt i alijs ſctis.
Si igit̃ alicui moꝛtaliũ ↄceſſa eſt grã dolen
di de paſſione filij dei ⁊ ei cõpati: pfecto excel
lentius eſt collata ſue mr̃i. Sed btũs Iohã
nes de alferna oꝛdinis noſtri tantã grãm ha
buit: ꝙ dũ videbat xpm in cruce: lachꝛymas
ↄtinere nõ valebat. Silr̃ btũs frater Iaco
ponus de tuderto etiã ipē oꝛdis nr̃i audiens
legi euãgeliũ paſſiõis xpi: nõ ſolũ lachꝛimas
emittebat: ſꝫ etiam a ſuſpirijs ⁊ magnis cla
moꝛibꝫ nõ poterat abſtinere. Vñ ppt̃ h̄ exi
ens de eccłia currebat ad cellã: vt ibi amariſ
ſime defleret paſſionē xpi. Seraphicꝰ quoqꝫ
Frãciſcus ex abundãtia lachꝛymaꝝ ex dolo
re paſſionis dñi emiſſarũ: cecitatē oculoꝛum
incurrit. Si igit̃ iſti ſolũ imaginē ſeu ſimili
tudinē crucifixi aſpiciētes. vel paſſionē eius
nomīari audiētes: ſeu eã meditãtes iã pteri
tam tãtũ dolebãt ⁊ amariſſime flebãt. qd fa
cere debebat pia mr̃ eius ipm filiũ ſuũ in cru
ce poſitũ ⁊ cruciatũ: occiſumqꝫ intuēdo: Nũ
q̄d ipa minoꝛē habuit amoꝛē ⁊ cõpaſſionem
filio ſuo ꝙ extranei: O crudelitas maxima
coꝝ q̄ negãt pietatē ⁊ cõpaſſionē ꝟgis bñdi
cte ¶ Quid dicã de illo q̄ i ſmonario cuiuſdã
ſancti qui pdicabat egregie de doloꝛibꝫ ꝟgis
interſeruit opinionē hãc erroneã cũ allegati
onibꝫ nõnullis: ⁊ eidēz ſancto attribuit: O
obſtinata malicia ⁊ duriſſima ceruicoſitas.
Certe ſic vere cõcludã. Impugnatoꝛ cõpaſ
ſionis matris dei. Aduſariꝰ innocētie ⁊ puri
tatis eiꝰ Deriſoꝛ ſeu deteſtatoꝛ euãgelice pau
pertatis. Deſtructoꝛ ⁊ inſectatoꝛ opeꝝ pieta
tis. Inimicꝰ glioſi nois Ihu. ⁊ pſecutoꝛ pcio
ſiſſimi ſanguis dñi nr̃i Ihu xpi. q̄d eſt aliud
ꝙ pairſoꝛ antichꝛiſti. ⁊ coꝛruptoꝛ xpiane de
uotionis ⁊ fidei. O pũerſa rabies. Nam ad
huc nõ ſunt quinquaginta anni ꝙ in q̄dam
ciuitate lombardie: du quidã predicatoꝛ de
plãctu virginis populo pdicaſſet: quidã cõ
paſſionis ⁊ pietatis eius aduerſarij: ipſum
predicatoꝛē quaſi hereticũ demonſtrare co
nati ſunt: ſed tamē in diſputatione remanſe
runt confuſi. Si quis autē contra me inſur

Inuehit ↄ q̄ſdã.

gere temerarie auſus fuerit: q pietatē mr̄is
dei p̄dicem. ſpero verificabit̄ viſio illi⁹ deuo/
ti verſificatoris q̄ metrico ſmōe vulgari ait
Io vidi vn coruo vlato a lo macello molto
terribil. Il becho iſanguinato longo e acuto
a modo de coltello. Cōtra il columbo leuar i/
furiato. Ma di che molto fui mara veliato
Da poi vidi el māſueto vcello. Da capo a pe
di molto ben armato. Quello animale bru/
to nigro e fello Soto li ſoi pedi hauer gitato
Unde il precone de le mal nouelle Da lui eſ
ſendo tuto ſpilizato Hebe di gratia d̄ ſaluar
la pelle. E ſe partite tuto vergognato. ¶ Sꝫ
reuertēdo ad ꝓpoſitū noſtꝝ dic Damaſcen⁹
ſup Lucā. Dolores quos v̄go effugit pariēs
hos in paſſione xp̄i ſuſtinuit. Et Bern. inq̄t
Fugientib⁹ apoſtolis in faciē filij ſe oppoſue
rat mater. ac gladio doloris eius aīe infixo
vulnerabat̄ ſpū ⁊ cruciabat̄ affectu. Et qđ in
carne xp̄i agebāt claui ⁊ lancea: hoc in ei⁹ mē
te faciebat cōpaſſio naturalis ⁊ affectionis
materne anguſtia. ¶ De lachrymis etiā ipſi⁹
v̄ginis loquēs Anſelmus in quodā ſmone
ait. O dn̄a quos fontes lachrymarū dicam
erupiſſe de pudiciſſimis oculis tuis cum at
tenderes vnicū tuū filiū innocentē coram te
flagellari. ligari. mactari ⁊ carnē de carne tua
ab impijs crudelit̄ diſſecari? ¶ Magiſter q̄
q; Jacob⁹ de voragine ordinis p̄dicatorū in
ſmone de plāctu beate virginis ait. Maria
ſtabat iuxta crucē lachrymis plena ⁊ dolori/
bus immerſa. Et in eodē ſmone allegat p̄di
ctam autoritatē bt̄i Anſelmi. Idē quoq; do
ctor in ope ſuo de btā v̄gine qđ incipit. Cogi
taui dies antiquos. i v̄bo mare dicit. ꝙ mat̄
dei appellat̄ Maria a mari. q̄ſi amarꝝ mare.
q ſic in mari ē amaritudo aquꝝ. ita in ipſa
fuit amaritudo dolorꝝ i paſſione filij. Et ibi/
dem etiā dicit ꝙ dolor ipſi⁹ v̄gis cauſatus ex
Dolor v̄ginis fuit magn⁹ triplicit̄. filij ſui paſſione fuit magn⁹ tripl'r. ſ. intēſiue
q vſq; ad animā penetrauit. Luce. ij. Tuā
ipſius animā ⁊c̄. Fuit magn⁹ extēſiue. q per
dies q̄tuor cōtinuos ſe extēdit. Nā incepit
eius dolor feria quarta. q tūc mors xp̄i fuit
tractata ⁊ firmata: ⁊ ꝯtinuatus fuit in q̄ntā
feri. āq tūc in ſero fuit captus: collaphizat⁹
⁊ illuſus. Continuat⁹ etiā fuit vſq; in feriā
ſextā. q tunc filius eius fuit crucifix⁹. Item
vſq; ad diē ſabbati. q tūc i ſepulcro fuit clau
ſus. Fuit quoq; magn⁹ oñſiue. q dolorē ſuū
Circūſpecte loq̄rꝫ ostendebat ⁊ manifeſtabat ſingultu cordis.
abundātia lachrymarꝝ. vocꝫ clamoroſe ꝯque
ſtione. pectorꝫ tūſione. ⁊ manuum alliſione.
Hec ille. Que ego fidelit̄ extraxi ad litterā i

libro antiquo ⁊ mēbranis ſcp̄to. Et idō nos d̄
beata v̄gine lachrymāte amariſſime i nocte
paſſiōis filij ſui bn̄dicti dicere poſſum⁹ illō
Tren. j. Facta ē q̄ſi vidua dn̄a gentiū. Plo
rās plorauit i nocte ⁊ lachryme ei⁹ i maxillis
eius. Nō eſt q̄ ꝯſolet̄ eā ex oīb⁹ charis eius.
Itē ipſi pijſſime v̄gini dicere poſſum⁹ illud
Tren. ij. Cui cōpabo te. vel cui aſſilabo te fi/
lia hierl'm. cui adeq̄bo te. ⁊ ꝯſolabor te virgo
filia ſyon? Magna ē velut mare ꝯtritō tua
Quis medebit̄ tui? Deduc q̄ſi torrentem la
chrymas. ⁊ p diē ac noctē nō des reqēm tibi.
neq; taceat pupilla oculi tui. Ipa v̄go rn̄de/
re pōt illud Tren. j. Submerſum ē cor meū
in memetipa: qm̄ amaritudine plena ſum.
¶ Predict⁹ etiā mgr̄ Jacob⁹ de voragie i p̄di
cto ſmone de plāctu v̄gis i exordio inq̄t. Tā
ta eſt pietas hui⁹ v̄gis mr̄is nō ſolū erga fi
liū naturalē. iux̄ cui⁹ crucē ſtabat. Luc. xix. ſꝫ
⁊ erga filios ſuos adoptiuos tāta facultas i
petrādi ꝙ velit apud deū p̄rem vt ſmocinā/
tes q̄q; nutrices populorꝝ nō aliūde cōfidāt
lac doctrine p eos ꝓpinandū niſi merit̄ ei⁹ ⁊
p̄cib⁹ petratū. Ad quod efficiendū cythara
dulciſſone ſalutatōis ad eā vtunt̄. Sꝫ con/
ſuetudo eccl'ie cū de paſſione filij eius Ihū ē
ſmo: p̄dicāti dicere videt̄ illud quod Hely/
ſeus pph̄a ait Gyezi diſcipulo ſuo de ſunami
te mortē vnigeniti ſui deplorāti. iiij. Re. iiij.
ſcꝫ Dimitte eā: aīa em̄ eius in amaritudine
eſt. q̄ſi diceret. Nō ſalutes eā. nā cythara il/
la angelice ſalutationis in luctū verſa appa
ret. Nā quomodo Aue ei dices. ab a quod ē
ſine. ⁊ ve deriuatū. que doloribus plena eſt. vt
dicere valeat illud Michee. Ue aīme mee.
q defecit timorat⁹ a terra fili⁹ meus quē im
pleuit ſpūs timoris dn̄i. Mariā apte nūcu/
pare n̄ poſſum⁹ ꝑut dn̄a vel illuminatrix in
terp̄tatur: cū ſatis obſcura quaſi luna eclyp/
ſata inueniatur. Nolite ḡ vocare me Noe/
mi. i. pulcrā. ſꝫ vocate me Mara. i. amarā.
q amaritudine repleuit me dn̄s. dicere pōt
cū illa Noemi q̄ de felicitate ad infortuniū
deuenerat. Ruth. j. Nā nō grā plena ſed va
cua indicor hodie. Flecto em̄ genua mea ad
p̄rem dn̄i mei Jeſu vt miſereat̄ filij cōmuniſ
⁊ non me audit. Deprecor ipm̄ filiū: vt ſuis
verbis mellifluis me conſolet̄. ⁊ mihi nō loq̄
tur niſi illud. Ecce filius tuus. Quod v̄bum
vt gladius pertrāſiuit animā meā: cū p ma/
giſtro ⁊ filio mihi datur diſcipulus. Judeis
ſupplico vt ammodo cōpatiātur filio meo.
⁊ ipi ꝯtūelias ⁊ ſbſannatōes adiūgūt. Mor
tem iuoco vt poſt filiū ſuperſtes non rema/

neã.ꝛ fugit a me. Juxta crucẽ ſita ad ipſam
clamo Flecte ramos arboꝛ alta: tenſa laxa vi
ſcera vt deoſculer filiũ meũ.ꝛ rigida ac imo/
bil' pſeuerat. Dñs tecũ. vtiqꝫ ĩ me vſqꝫ nunc
dñs filius fuit mecũ: me ꝯfoꝛtans. me refici/
ens: ꝛ ego ſecũ ipm ſequẽs. verba ei⁹ dulcio/
ra ſup mel ꝛ fauũ audiẽs: miracula eius vi/
dens. ꝛ gl'iam dei ex ei⁹ operibꝫ magnificari
pſpiciẽs. Nũc aũt me reliqͭ animã a coꝛpo/
re egredientẽ patri recõmendãs. Bñdicta ꝫ
me in mulieribꝫ angelus dixit. que nũc infe
licioꝛ cũctis mulieribꝫ inuenioꝛ. Nã q̄ mat
vnqꝫ fuit que in pñtia filij cõſtituta angu/
ſtijs ꝛ afflictionibꝫ circũdari nõ valuerunt.
vel in aliquo refrigerium illi pſtare: Audio
eũ ad moꝛtẽ vſqꝫ ſitientẽ ex maximis penis.
ꝛ nec potũ aque frigide poꝛrigere ei valeo: ſꝫ
video ſpongiã aceto plenã ꝛ felle ad os eius
apponi. Et ſi felix fui ꝛ bñdicta in mulieri/
bus: in partu eius nõ ſentiens doloꝛem: nũc
mihi video reſeruatos ꝛ adauctos cruciat⁹.
qm̃ nulla mater tantũ doloꝛeꝫ vnqꝫ ſenſit in
partu filij ſicut nunc ego in paſſione chꝛiſti.
Sꝫ nec martyr aliq̄s vel aliqua in ſuis va/
rijs cruciatibꝫ vnqꝫ tãtã penã ptulit vt nũc
ego. Eſt ne bñdictus fructus vẽtris mei Je/
ſus: cui om̃s maledicũt iudei ꝛ gẽtiles: Un⁹
eũ appellat malefactoꝛẽ. alius ſeditioſum. al
ter blaſphematoꝛẽ. multi ambitioſum: et re/
gnum vſurpare volentẽ. reliqui mendacem
aut ſeductoꝛẽ: vt ꝟmis ꝛ nõ hõ. opprobꝛium
hoĩm ꝛ abiectio plebis ẽ effect⁹. qꝛ ꝛꝫm legẽ
maledict⁹ oĩs q̄ pendet ĩ ligno. i. infamis. Ex
q̄ ergo in luctũ ꝯũſa apparet cythara illa an
gelice ſalutatõis: dimitte eã nec ſalutes: ſed
nihilomin⁹ cũ ea iux̄ crucẽ maneas: ipaꝫ me
ditãdo: ipam adoꝛãdo: ipam ſalutãdo. ꝛ eiuſ
auxiliũ iploꝛãdo. Hec mgr̄ Jacobꝫ vbi ſup̄.
¶ Cui⁹ ꝟba ſr̄ ꝟiſſima: ꝛ ego expiẽtia teſte p
baui. Nã cũ q̄dã die venerꝭ ſcti hꝛẽm pplo p
dicare de paſſione dñi nr̄i Jhu xp̄i. vellẽqꝫ ex
moꝛe btẽ ꝟgis auxiliũ iploꝛare: appuit mihi
nõ viſiõe imagiaria: ſꝫ ĩ foꝛma viſibili coꝛpa
libꝫ ocul' q̄dã veſtit⁹ moꝛe pphetico: indutus
nigris veſtibꝫ: barbã hñs canã vſqꝫ ad cin/
gulũ q̄ videbat Hieremias ppha. ꝛ intelli/
gens deſideriũ meum interpellãdi ſacratiſſi/
mã ꝟgine: dixit mihi hec ꝟba. O filiol mio
de nõ moleſtare la piatoſa vergene Maria:
a dimãdarli adiuto n̄ audare p che e piena d̄
melãconia. Bagnata de lacrie tu la trouerai
Che e ꝯpita la mia pphia. Qñ a li treni io
pnũciai. che ſi uiduata lei rimã eria O gi del
ſuo fiol ſara puata. Da la maligna gente in
iqua eria. Pero eſſendo tãto tribl'ata. Piu
affanaria crudelita ſeria Pur ſe tu voi cõ lei
fauelare. Jo verro ĩ tua ꝯpagnia. Bẽche me
dubito chel tuo dimãdare. Accreſcimẽto de
doloꝛ ſi ſia. Quibꝫ dictꝭ vidẽs ꝙ ego volebã
adire ipaꝫ btãm ꝟginẽ: apphẽdit me p ma/
nũ ꝛ duxit coꝛã imagie ipi⁹ ꝟgis q̄ erat vidu
alibꝫ veſtimẽtꝭ indu ta ac meſticia pleniſſima
doloꝛibuſqꝫ q̄ſi deficere videbat. Ad cui⁹ pe/
des ego ꝓtin⁹ pſtrat⁹ dixi. Per che vi vedo
o ꝟgene Maria. Tuta afflicta e piẽa di do/
loꝛe. Sono venuto a farue ꝯpagnia E eſſer
pticipe del voſtro grã meroꝛe. Cõ voi in ſino
al mõte caluario. Appare giato ſono de veni
re. E iui amaramẽte lacrimare E patir ſel bi
ſogna el martirio. Ma pero che a q̄ſto po/
pulo mio. Voꝛebe fidelmẽte recitare la paſſi
on del voſtro caro fio. E tute le foꝛze me ſento
mãchare Pero col coꝛ ve p̄go o mr̄e pia Che
vn pocho me voliati adiutare. Che ſenſa el
voſtro adiuto nõ poria. De ſi mirabil coſa p̄
dicare. Tũc illa alta ſuſpiria ꝛ gemit⁹ emit/
tens. Tãdẽ viſa ẽ mihi ĩ hec ꝟba rñdiſſe. Ex
q̄ nõ poſſum hodie p liberatiõe filij mei graꝫ
ĩuenire: quõ poſſum tibi ſuccurrere: Ubi ẽ
diſcretio tua: vbi ẽ prudẽtia: vbi ẽ ſapia tua
q̄ deberes mihi ꝯpati ꝛ ꝯdolere: p me vis gr̄i
am ĩuenire: Noli noli ĩ auribꝫ hui⁹ infeliciſ
ſime mr̄is hodie ſalutatõꝫ angelicã pſonare
q̄ tali die mihi in amaritudine tota eſt ꝯuer
ſa. Nõ igit mihi dicas aue. i. ſine ve. Sum
em̃ tota plena doloꝛibꝫ ꝓpt paſſiõꝫ filij mei.
Un̄ vere dicere poſſum illud Treñ. j. Po/
ſuit me. ſ. moꝛs filij mei deſolatã. tota die me
roꝛe ꝯfectã. Et illd̄ Job. xxx. Verſa eſt in lu/
ctum cythara mea. ꝛ oꝛganũ meũ in vocẽ flẽ/
tium. Ne dicas mihi Maria id eſt illumi/
nata. quia hodie ſum lumine priuata. ita vt
dicere poſſim illud Treñ. v. Meſtũ factuꝫ
eſt coꝛ meũ. ideo contenebꝛati ſunt oculi mei
Nõ dicas gratia plena. Mea em̃ grã ꝯſum
mata fuit in duodecim ſtellis de q̄bꝫ Apoc.
xij. dꝛ. In capite ei⁹ coꝛona ſtellaꝝ duodecim.
Hodie ꝟo poſſum dicere illud Trenoꝝ. v.
Cecidit coꝛona capitis mei. Nõ etiã dicas:
dñs tecũ. quẽ tãgere non valeo. Propterea
dicere poſſum illud qd̄ in eodẽ. c. ſcriptũ eſt.
ſcꝫ Defecit gaudiũ coꝛdis mei. Non dicas.
Benedicta tu in mulieribꝫ. nã hodie p̄ omni
bus mulieribꝫ maledicoꝛ. Un̄ dicere valeo
illud Jſa. lij. Nomẽ meũ tota die blaſphẽat
Ne dicas. bñdictus fruct⁹ ventris tui. q̄ ab
om̃ibꝫ maledicit. accuſat. ꝯſpuit ꝛ flagellat.
Un̄ verificat in eo illud quod Jſa. j. ſcꝑptũ

Refert autoꝛ de ſe viſiõꝫ q̄ndaꝫ ꝙ nõ debeat ꝟgo ſalutaricum paſſionẽ xp̄i pꝛedicamus

eſt. Blaſphemauerunt ſanctū Iſrael. Qua
propter dicere poteſt illud Tren. iij. Factus
ſum in deriſum om̄i populo. cāticū coꝝ tota
S die. Hec illa. De doloribꝫ etiā ꝟgis loquēs
deuotꝰ Vbertinꝰ de caſali. li. iiij. c. xv. inquit.
Cogita q̄ʒtum potes q̄ʒtū fuerit in corde vir
gis. doloꝝ mēſura. Nulla ei rō fuit ĩ corde ꝟ
ginis nō ſolū que minueret: ſʒ non augmen
taret huiꝰ doloris ꝟtutē. ꝙ ſi mens tua ſemꝑ
dei diminuēs bona: dicat ꝙ nō debuit tātum
dolere cū ſciret chriſtū iſta pati voluntarie. ⁊
ſeipſum ſi vellet de morte ⁊ de pena poſſe redi
mere. Sciret etiā ꝙ om̄es electos de inferna
li gehenna ſua liberaret morte. ⁊ ꝙ ſicut dei fi
lius tertia die debebat reſurgere ⁊ ex iſta mor
te a deo patre debebat accipe nomē ſuꝑ omne
nomē. quo in noīe eius flecteret̃ omne genu.
celeſtiū. ſ. terreſtriū ⁊ infernoꝝ. ⁊ nō ſolū ipſi
Ieſu: ſed etiā ꝓpter ipm ipſimet virgini eiꝰ
matri. Aduertas carnalis aīa ꝙ hec om̄ia do
lorem pietatis materne multiplr̄ augmenta
Duplex gen⁹ doloris — bant. Ex iſtoꝝ etiā reſpectu doloruʒ aculeis
amplius pungebat̃. ¶ Ad quoꝝ euidentiam
nota duplex fore genus doloꝝ. Quidaʒ ma
nantes ex impatiētia ⁊ deſperatōe mentis a
deo. ⁊ ex ꝯdeſcendentia odij in ꝓximum. q̇bꝫ
aīa inabyſſat̃ in anguſtia ꝙ de deo vel de ꝓxi
mo ſe vindicare nō pōt. ⁊ ꝙ velit nolit penaſ
oporteat ſuſtinere ab eiſdē. Iſti ſunt dolores
infernales ⁊ ꝓphani. qui ſolū reprobis reſer
uantur. nec infligunt̃ electis niſi in q̄ntuʒ ad
tempus ꝓ ſuis peccatis illi impie ciuitati iū
guntur. Abſit autē talis dolor a xp̄o et a cor
de materno: ⁊ ab omni eius electo. nūq̄ʒ em̄
de hoc dolore vel modicū deguſtauit. Eſt ali
ud genus doloꝝ qđ ex cōplacētia volūtatis
aſſumit̃. ⁊ ſm̄ virtuales regulas ab eterna i
fluentia dei in electoꝝ mentibꝫ menſuratur.
Nec iſtiꝰ doloris poſſet vnā ſtillā habere cre
atura aliqua in ſeipſa. Eſt em̄ ex ſpūſſancti i
fluxu agitātis mentē ad dolendū quātū do
lere debet. Et ſicut iſte dolor eſt ſemꝑ virtuo
ſus: ita eſt ſemꝑ voluntarius. ⁊ quāto magiſ
eſt voluntarius: tanto magis eſt intenſus. ⁊
quāto magis eſt gr̄a in anima: tāto ē magis
volūtaria ad augmentādū in ſe oēm ꝟtua
lem dolorē. Vn̄ ⁊ dolores ineffabiles corpis
Dolores xpo fuerūt a deo diſpenſati — Ieſu a gr̄a vnionis ſumpſerūt ſue immenſu
rabilitatis augmentū. Vn̄ ⁊ ab aliquibꝫ dr̄
ꝙ illi dolores fuerūt in corde Ieſu a diuina
ſapīa diſpēſati. Quod ſic ego intelligo. ꝙ di
uina ſapia videns infīnitatē culpaꝝ offen
ſionis. vidit q̄ʒtū dolorē req̇rebat plena ⁊ ab
undans ſatiſfactio coꝛundē. Et q̇ꝛ nulla cre
atura tantā pōterat in ſe doloꝝ menſurā: ni
ſi ꝑ vnionē diuini ſuppoſiti dilatare ĩ ſum
mo. ideo ſtatuit hoīem aſſumere in vnitate
ꝑſone. ⁊ ex tali vnione illā dilatare aſſump
tam naturā ad illiꝰ inextimabilis mēſuratio
nis receptādā capturā. vn̄ oīa obiecta occur
rentia aſpectui mētis xp̄i nō debuerunt eius
ꝟtuoſum dolorē diminuere ſed augmentare
Tantū em̄ dolorē debuit xp̄s aſſumere ⁊ tan
tum ſibi debuit diuīa ſapiētia infundere q̄n
tum ſufficeret ad ꝑdicta oīa bona cōquirēda
ex eius paſſione. Et iō ſi iſte nō fuiſſent ſub
ſecute gr̄e de ſua morte: nūq̄ʒ voluiſſet nō ſo
lum tantū dolere: ſed etiā nihil tolerabile aſ
ſumpſiſſet. Quāto aūt ipe videbat vicinius
reſurrectionē inſtare: tāto ſciuit ꝙ tpe paſſio
nis ampliorē oportebat anguſtiā aſſumere.
vt poſſet illoꝝ doloꝝ a diuīa ſapia diſpoſito
rum exigēte iuſticia immēſurabilē mēſuram
adimplere. Ex q̇bꝫ aliqualiter poteſt videri
quomodo dolores xp̄i inextimabiles fuerūt.
Vn̄ ⁊ rōnes ꝯtradicentiū fantaſmata ſunt
errantiū: ⁊ ignorantiū doloꝝ in Ieſu radicē
⁊ cauſam. ¶ Sicut ḡ fuit in xp̄o hoīe. ſic ⁊ in
ipſius reuerēdiſſima matre. ꝙ ad illā immē — Dolor ꝟgis poſt xpi dolorem fuit maximꝰ
ſurabilē menſurā doloꝝ Iħu ſupra oēm cre
aturam ſpūſancto influēte acceſſit q̄ntuʒ ſta
tus materne puritatis. dignitas participij
Ieſu. ⁊ nature cōſortiū requirebat. Vn̄ cum
iſti dolores ſint radix oīm ꝟtutū reducte pꝰ
deriuationē peccati. nulli dubiū eſt ꝙ in mē
tes humanas infundit̃ ſola influētia ſpiritꝰ
ſancti. Et q̇ꝛ fundamentū ⁊ radix om̄is gr̄e
⁊ meriti eſt dolor cordis ⁊ corpis crucis chri
ſti ieſu. iō beatā ꝟginē tantū repleuit in ſum
mo de xp̄i doloribꝫ q̄ntū nō poteſt cape om̄is
creatura maternali ſtatu nō euecta. Modo
cogita ⁊ menſura mentē virgineā ⁊ aliq̄ntu
lum nauiga in latiſſimo mari occeano ama
ritudinis doloꝝ viſceꝝ maternoꝝ. Et cū iſti
dolores in amore fundent̃: om̄es rōes inten
dentes amorē: intendēt nō dubiū pariter et
dolorē. Et ſicut nō minus dilexit xp̄m. quia
ſciuit eū eſſe filiū dei de ſe naturalr̄ genitum
ita nō minus imo inextimabiliter plꝰ doluit
q̇ꝛ vidit filiū dei ſic horribiliter tractari. vili
ficari ⁊ occidi in aſſumpta ⁊ đ ſuis viſceribꝫ
ꝯcepta natura. Et ſicut nō eſt minꝰ diligen
dus dei filius q̇ꝛ iſta vidit ꝓ nr̄a redēptione
eſſe aſſumēda. ita ſibi magis eſt ꝯdolenduʒ:
q̇ꝛ ſic amoroſe tā immēſos ꝓ nobis ſuſtinuit
dolores. Et ſicut ipe maiores dolores aſſum
pſit pro redemptione humani generis: q̄ʒ ſi
nullum redemiſſet electuʒ. ita ⁊ beata virgo

Maria ſibi magis ꝯdoluit: qꝛ ip̄a videbat
ꝙ dolores oīm in ſe portabat. imo ſicut ipſe
fuit omniū redemptor: ita ip̄a fuit oīum ge/
nitrix: mediatrix: reconciliatrix: excuſatrix ⁊
aduocata oīm pctoꝝ. Et ideo cū ip̄a eſſet ad
uocata mūdi tantū dolorē ſpūſſctus ſuis in/
fudit viſceribꝰ quātū ſufficiebat oīm electo/
rum genitrici ad excuſandā ingratitudineꝫ
mūdi: qꝛ ſic dura morte de ſui fabrica ſuū ex/
pellebat autorē: qui ad ip̄os eruēdos de fau
cibꝰ mortis de ſinu patris aduenerat ſeruilē
aſſumēdo naturā. Vñ ip̄a ꝓ ſe ⁊ ꝓ toto mū/
do dignū deo morienti ⁊ de ſe genito exhibe/
bat lamētū. Et quāto certius ſciebat ſeipam
per filij mortē redimi: tanto magis ſibi gra/
ta ſuo ꝯiungebat᷑ dolori. Et q̄to ſciebat bre/
uius eē tēpus quo mors ad ſolū triduū debe
bat in mēbris xp̄i includi: tāto magꝫ ſatage/
bat ſibi toto corde cōmori ⁊ cōſepeliri: ⁊ tāto
magis vacabat dolori nullo mō volens a do
lore mortis eius ⁊ ꝑticipatiōe paſſiōis frau/
dari. Et ſicut ip̄a ſola ꝑ grām redēptoris ip/
ſum redemptorē genuit: ſic ꝑ eādē grām do/
lorē ſue mētis pleniſſime ſola ꝑticipauit. ele/
ctrix em̄ grā que ipſam ad dignitatē mater/
nam elegerat: totā ad cōpaſſionē morientꝫ fi
lij impellebat. vñ tūc menti ꝟginee nulla ra/
tio occurrebat de filio niſi in rōne amaritudi
nis ⁊ trāſfigētis dolorꝫ. ⁊ ſi aliqua ratio mē/
ti carnali videat᷑ poſſe occurriſſe maťno aſpe
ctui: ſic abſorbebat᷑ ab amaritudine materno
rum viſcerū: ſicut gutta aque dulcis ab ama
riſſimo mari. Et ſicut influxus oīm fluuioꝝ
in mari in amaritudinē cōuertunt᷑. ſic oēs
cogitatiōes mare cordis ꝟginei in amaꝝ la
mentū abſorbebat. ⁊ ideo ipſa eſt ſpeculuꝫ et
exemplū oīm lamentātiū mortē xp̄i: et archa
⁊ armariū dolorum corporis boni ieſu Hec
Xp̄s ſepius fleuit — Vbertinꝰ vbi. ſ. ¶ Qui etiā in caplo ſequē/
ti probat dominū noſtrū ieſum xp̄m ſepius
fleuiſſe. Primo in natiuitate ſua. vñ dicere
potuit illud Sap. vij. Primā vocem ſimilē
oībus emiſi plorās. Item fleuit in reſuſci/
tatiōe Lazari Joh. xj. Fleuit quoqꝫ ſuꝑ ci/
uitatē Hieruſalē deſtruendā ꝓpter peccata
inhabitantiū: Lu. xix. Dicit autē ꝓdictꝰ do
ctor ibidē de chriſto: qui dixit. Beati qui lu
gent: Matth. v. nō ſeipꝫ huiꝰ beatitudinis
benedictiōe priuauit: maxime cū in eius lu/
ctu tanq̄ꝫ in radice meriti omniū electorū lu
ctus a diuina miſericordia acceptet᷑. Vnde in
patibulo crucis abunde fleuit. Quod decla/
rans aplꝰs ad Heb. v. dicit ꝙ cum clamore
valido ⁊ lachrymis ſeip̄m offerens exauditꝰ
eſt pro ſua reuerētia. Qꝫ ſi lachryme (ſic cre/
dendū eſt) reſpondebāt clamori vocis ⁊ affe
ctibus mētis ⁊ ſtatui ſui corꝑis: nō ſolum fle
uerunt illi pij oculi: ſed fontes fuerūt irrigui
lachrymaꝝ. Vñ ⁊ oīs mēs deuota flere cu
piens hauriat ſibi aquas de fontibꝰ ſaluato
ris. Propter hec aūt nō īmerito edocta per
ſpm̄ ſctū ſancta mater eccleſia tempore xp̄i
mortis in eius perſona deplorat. Caligaue/
runt oculi mei a fletu meo. Non eſt ergo ad
mirandū ſi totū maternū cerebrū defluat in
lachrymis: qñ et corpus filij totū fluere ſan/
guinē: ⁊ oculos eiꝰ ī lachrymas quaſi fontes
effluere ſuo doloroſo cōtuebat᷑ aſpectu. hec il/
le. Erubeſcāt ergo negātes in beata ꝟgine fu/
iſſe cōpaſſionē de morte filij: cum ꝓdictꝰ do/
ctor eiuſdē libri ca. xiiij. dicat. Chriſtus ma/
tri ſue dedit p̄matū cōpaſſionis vt eſſet ma/
re magnū oīs deploratiōis ⁊ lamētationis
mortis ſue. Ludolfus quoqꝫ carthuſieñ. in
meditatiōibus vite Jeſu xp̄i. c. lxiiij. inquit
O qualiter tunc anima matris intimi dolo
ris gladio penetrata erat: cū ſic pene filiū ſu/
um deficere: languere: lachrymari: clamare ⁊
mori: ⁊ ſe in mūdo derelinq̄ in tāto dolore et
anxietate videbat. Et qualit᷑ clamauit (ſi tm̄
loq̄ poterat) ⁊ dixit. O fili mi dulciſſime q̄d
faciā ego meſtiſſima? Cui me miſerā cōmen
datā dimittis? O pater oīpotēs in manꝰ
tuas cōmēdo filiū meū: imo dominū meū et
filiū tuum. Jam em̄ deficio: ⁊ añ filiū meū in
eius ꝯſpectu mori deſidero. Talia dicēs extri
mo ꝙ ꝓpter anguſtiarū multitudinē vel ab/
ſorpta erat ⁊ quaſi inſenſibilis vel ſemimor/
tua facta: ⁊ ꝙ ſe ſuſtinere nō valēs corruit in
faciē ſuā ſuꝑ terrā. Nullus em̄ cogitare aut
dicere poſſet quāta meſticia patientē et mo/
rientē filiū ſuſpirauerit ⁊ doluerit. Vñ ipſa
ſuſtinebat intus q̄d filꝰ tulit foris. Deuotꝰ
etiā ſanctus Bern. in ſermone de plāctu bea
te ꝟginis q̄ incipit. Quis dabit capiti meo
aquas. ſic ait de beata ꝟgine. Credo ſimiliter
ꝙ ipſa erat inter illas feminas que chriſtum
ſequebant᷑ miniſtrātes ei. Nullꝰ autē debet
mirari ſi ſequebat᷑ illū: cū ipſe eſſet totꝰ eius
dulcor et deſideriū. Hāc arbitror fuiſſe inter
illas dolētes: inter illas gemētes que lamēta
bant᷑ flētes dn̄m. Poterat hec etiā eſſe inter
illas filias Hieruſalē ad quas ieſus nō cla/
rus impio: ſꝫ plenꝰ opprobrio: ſputis illitus
⁊ flagris afflictꝰ: ſibiqꝫ in angariam mortis
baiulās crucē cōuerſus ait. Filie hieruſalem
nolite flere ſuꝑ me: ſꝫ ſuꝑ vos flete. O vtinā
o btā ꝟgo doloꝝ ille ſic quotidie inhereret vi/

vv

ſcerib⁹ meis vt tūc īheſit tuis. Obſecro lacri
mas illas mihi īfunde q̄s habuiſti ī filij tui
paſſione. Dic mihi ſi eras in hierl'm q̄n fili⁹
tu⁹ capt⁹ fuit ⁊ vinct⁹ ⁊ duct⁹ ad annā. At il
la. In hierl'm erā q̄n hec audiui: ⁊ greſſu q̄/
cunq̄ȝ potui ad dn̄m meū flens pueni. Cū il
lū fuiſſem intuita pugnis pcuti: alapis cedi
ſpinis coronari: ⁊ opprobriū hoiꝫ fieri: com
mota ſūt oīa viſcera mea. ⁊ defecit ī me ſpūs
me⁹. ⁊ nō erat mihi fere vox neq̄ȝ ſenſus. erāt
⁊ mecū mee ſorores ⁊ alie femīe plangētes eū
quaſi vnigenitū. Inter quas erat maria ma
gdalena: que ſup oēs alias (excepta illa q̄ lo/
quit tecū) dolebat. Dū xp̄s clamāte precone
⁊ imperante pylato ſibi baiulās crucē traheret
fact⁹ eſt ꝯcurſus populoꝝ. Alij aūt ſup ipm
plangētes ſequebant: alij ꝟo illudētes ride/

Planct⁹ Marie; ad filiuꝫ euntē ad mortē per modum dialogi

bant. Sequebat ipm ꝑut poterat ei⁹ meſtiſ
ſima mater cum mulierib⁹ que fuerāt ſecute
eum a galilea miniſtrātes ei. A quib⁹ velut
emortua trahebat q̄uſq̄ȝ puentū fuit ad locū
vbi crucifixerūt eū. vbi āte oculos eius fuit
ī cruce leuat⁹ ⁊ ligno duriſſimo clauis affix⁹
⁊ ipe tāq̄ȝ agn⁹ corā tondēte ſe voce nō dabat
nec apiebat os ſuū. Aſpiciebat ancilla dn̄m
ſuū in cruce pendētē morientēq̄ȝ turpiſſime.
Tāto dolore vexabat ī mēte q̄ n̄ poſſet expli
cari ſmone. Manabat em̄ ſanguis ex quat
tuor ptib⁹ rigantib⁹ vndis: ligno manib⁹ pe
dibuſq̄ȝ clauis cōfix⁹. De vultu illi⁹ pulchri
tudo effluxerat oīs. ⁊ q̄ erat p̄ filijs hoīm ſpe
cioſus: videbat indecor⁹ oīm. Videbā q̄ cō/
plebat pphēticū illō in eo. Vidim⁹ eū ⁊ nō
erat aſpect⁹ neq̄ȝ decor. q2 iniq̄ꝝ liuor ⁊ ꝟbe/
ra fedauerāt vultū eius. Videbā me deſeri
ab ipo quē genui. nec ſuperat alius: q̄a mihi
erat vnic⁹: ⁊ iō nō poterat capi in me dolor
meus. Vox mea fere pierat oīs: ſed dabā ge/
mit⁹ ⁊ ſuſpiria. volebā loqui: ſꝫ dolor ꝟba rū
pebat. q2 ꝟbū iā mēte cōceptū dū ad forma/
tionē ꝑtenderet oris: ad ſe ipfectū reuocabat
nimi⁹ dolor cordis. Vox triſtis ſonabat forꝭ
vuln⁹ denūciās mētis. ꝟba dabat amor que
raucū ſonabāt. Nā lingua vocis mḡra pdi/
derat vſum loq̄ndi. Videbā mori quē dili/
gebat aīa mea: ⁊ tota liq̄fiebā p̄ dolorꝭ angu/
ſtia. Aſpiciebat ⁊ ipe benigniſſimo vultu me
matrē plorantē: ⁊ me voluit paucis ꝟbis cō/
ſolari. ſed ipa ꝯſolari nō poterā: ſed flebā di
cēdo. Fili mi: fili mi: q̄s dabit vt ego moriar
ꝓ te? Morit fili⁹: cur ſecū nō morit miſera
mr̄? Amor vnice fili dulciſſime noli me dere/
linq̄re poſt te: trahe me ad teipm̄ vt ipa mo/
riar tecū. Male ſol⁹ morierꝭ: tecū morte pi/
matiſta tua genitrix. O mors mihi miſerere
noli pcere. tu mihi ſola p̄ cūctis places: exer/
ce vires tuas: trucida matrē ⁊ cū filio perime
ſil'. Fili dulcor vnice ſingulare gaudiū: vita
aīe mee ⁊ oīne deſideriū: fac vt moriar tecū.
q2 te ad mortē genui: ſine mr̄e noli mori. Re/
cognoſce me miſerā ⁊ exaudi precē meā. exau
di me obſecro: ī tuo me ſuſcipe patibulo: vt q̄
vna carne viuim⁹ vna morte peam⁹. O iu/
dei impij nolite mihi pcere q2 natū crucifixiſtꝭ
⁊ matrē crucifigite: aut alia quacunq̄ȝ morte
ſeua me pimite: dūmō cū filio meo finiar ſi/
mul: orbas orbem radio: me iudea filio gau/
dio ⁊ dulcore. Vita mea morit: ⁊ ſal⁹ pimit.
ac de terra tollit oīs ſpes mea. Cur ḡ viuit in
dolore mr̄ p⁹ filiū? Tollite: ſuſpēdite matrē
cū ſuo pignore. Nō pcis pli: nō pcas ⁊ mi/
hi. tu mihi ſoli mors eſto ſeua. Tūc ei ſūme
gauderē ſi cū xp̄o meo mori poſſem. Meli⁹
eſt mihi mori q̄ȝ vitā ducere mortꝭ. O fili ca
re: o benigniſſime nate miſerere mr̄is: ſuſcipe
p̄ces: deſine nūc eē dur⁹ mr̄i q̄ ſp ei fuiſti beni
gn⁹ ī cūctꝭ: ſuſcipe mr̄eꝫ ī morte tecū vt viuat
p⁹ mortē ſp tecū. Nihil ꝟe dulci⁹ mihi q̄ȝ te
cū mori. ⁊ ꝟe nil amari⁹ eſt q̄ȝ viuere p⁹ mor/
tē tuā. O ieſu tu mihi pater: tu mihi mat: tu
mihi ſponſus: tu mihi fili⁹: tu mihi oīa eras
Nūc orbor p̄re: viduor ſponſo: deſolor prole:
oīa pdo. o fili mi q̄d vltra faciā? Ve mihi ve
mihi fili: quo vadā? vbi me ꝟtā dulciſſime
nate? q̄d mihi erit ſolatiū? q̄s mihi ſbſidiū
⁊ cōſiliū vltra p̄ſtabit? Fili chariſſime oīa
poſſibilia ſunt tibi. ſed ſi nō vis vt moriar te
cū: relinque mihi aliq̄d benignū ꝯſiliū. Cui
dn̄s iā anxi⁹ in cruce oculis ⁊ vultu annuēs
de Iohe ait. Mulier ecce fili⁹ tuus. Et erat
ipe iohes pn̄s vultu triſtis ac plorās: ac ſi ei
diceret. Mr̄ dulciſſima mollis ad flendum
mollis ad dolendū: tu ſcis q2 ad hoc veni: et
de te carnē ſumpſi: vt per crucis patibulū ſal/
uarē genus humanū. Sed noli flere mulier
noli flere dulciſſima mater: q2 tertia die rſur
gā: tibiq̄ȝ appebo. Depone ergo dolorem: q2
ad patrē vado. Nō te deſero: nō te derelinq̄:
tecū ſum: tecū ero omni tēpore ſeculi. Si ſm
carnē ſubiaceo impio mortis: ſm diuinitatē
ſum: fui ⁊ ero ſemp īmortalis ⁊ impaſſibilis
Bn̄ ſcis vnde pceſſi ⁊ veni. nō ergo triſterꝭ
ſi illuc aſcēdo vnde deſcēdi. tēpus eſt vt reuer
tar ad eū q̄ miſit me. ⁊ quo ego vado tu non
potes modo venire: venies autē poſtea. In/
terim Iohannes qui eſt nepos tuus tibi re/
putabit filius. curā habebit tui: ⁊ ipe erit ti/
bi ſolatiū fideliſſimū. Et tūc Iohem intuit⁹

ait. Ecce mr̃ tua: ei ſuias: curã habe illi⁹: eam
tibi cõmẽdo. ſuſcipe matrẽ tuã: ſuſcipe matrẽ
meã. Hec pauca dñs dixit. Illi duo dilecti
ſp̃ fundere lacrimas ñ ceſſabãt. Tacebãt iſti
duo martyres ãbo: ꝛ p̃ dolore loq̃ nõ poterãt
Iſti duo ꝟgĩes merẽtes audiebãt xp̃m loq̃n
tẽ: ꝛ ip̃z videbãt paulatĩ moriẽtẽ: nec poterãt
rñdere ꝟbũ: q̃ꝛ illũ q̃ſi mortuũ videbãt. erãt
iſti duo velut mortui: vñ ſp̃us illoꝝ voces ex
altare nõ poterãt. Audiebãt ꝛ tacebãt: q̃ꝛ p̃
dolore loq̃ ñ valebãt. defecerãt em̃ ſp̃us eorũ
ꝛ amiſerãt ꝟtutẽ loq̃ndi. ſol⁹ ill' doloꝛ luct⁹q̃z
remãſit amic⁹. Amabãt flere ꝛ flebãt amare
Amare flebãt: q̃ꝛ amare dolebant. nã gladi⁹
xp̃i aĩas vtroꝛũq̃z tranſierat: ac ſeue p̃imebat
vtrũq̃z. q̃ mag̃ amabat ſeui⁹ flebat. In mẽte
mr̃ ſentiebat xp̃i dolores vulnera xp̃i moriẽtꝫ
ſeui fuẽrt tortores ĩ aĩa mr̃is. Mẽte mr̃ erat
p̃cuſſa cuſpide teli: q̃ xp̃i mẽbra ſeue foderũt
iniq̃. Ip̃az circũierãt ĩmẽſi dolores: nec pote
rãt ex refũdi int⁹ atroci⁹ ſeuiẽtes. Dolorẽſ na
ti mr̃is aĩam gladiabãt. ĩ carne xp̃s ſoluebat
debitũ mortꝫ. q̃d grui⁹ erat q̃z mori aĩe matrꝫ
Interi cõmẽdata mr̃e Iohi dixit. ſitio. ꝛ dede
rũt ei illi q̃ crucifixẽrt eũ acetũ cũ felle mixtũ
quẽ cũ guſtaſſet noluit bibere: ſꝫ dixit. Cõſũ/
matũ eſt. Et exclamauit voce mag̃ di. Pr̃ in
man⁹ tuas cõmẽdo ſp̃m meũ. ꝛ ſic dicẽs emi
ſit ſp̃m. Tũc tremuit terra: tũc ſol ſua lumia
clauſit. Merebãt poli: merebãt ſidera cũcta
Om̃e ſuũ iubar amiſit luna: receſſitq̃z om̃is
fulgoꝛ ab ethere alto. Sciduntꝛ duri lapideſ
ſcinduntꝛ veſtigia tẽpli. Surrexẽrt mlti aptꝫ
tumul' ſepulcri. Cogitare libet q̃nt⁹ doloꝛ fuit
mr̃is: cũ ſic dolebãt q̃ inſenſibilia erãt. nõ lin
gua loq̃ nec mẽs cogitare valebat q̃zto dolore
iuxta crucẽ ſtabat emortua mr̃: q̃ ꝯcepit illuz
ꝟgo de ſp̃uſctõ. Vox ñ erat illi: doloꝛ abſtule
rat vires. imo ſtrata iacens pſallebat aĩa q̃ſi
mortua. viuẽs viuebat moriẽs: viuẽſq̃z mo/
riebatꝛ. nec poſ̃at mori: q̃ꝛ viuẽs mortua erat
In aĩa illi⁹ doloꝛ ſeue ſeuiebat: volebat mori
poti⁹ q̃z poſt mortẽ viuere xp̃i. q̃ male viuẽs
mortua tñ erat. ſtabat dolẽs ꝯfecta ſeuo dolo
re. hec Bern̄. vbi. ſ. ¶ In ſup̃iorib⁹ aũt ꝟbis
ip̃e Ber. approbat illð q̃ð ego poſui ĩ breui
tract. metrico paſſiõis xp̃i di. Hiccũ ꝟgine/
as rumoꝛ veniſſꝫ ad aures Illacrimãs mag
ni fluĩs iſtar aq̃s. Ut potuit charã p̃rexit cer
nere plẽ: Singult⁹ toto pectore meſta trahẽs
Pulſabant miſere celũ ſuſpiria mr̃is: Aſtq̃z
dolẽs filiũ ſic lacrimata ſuũ. Nate mee vires
mea mag̃ potẽtia ſol⁹ Solamẽ vite ſpeſq̃z ſa
luſq̃z mee. O bñdicte puer ſctõꝝ glĩa: mũdi

Planct⁹
Marie
metricus
autoris

Plaſmatoꝛ: mr̃is vita beata tue. Agne dei pa
terꝫ hãc cur mitiſſime mortẽ: Quid vidua ĩ
felix ſola r̃licta gerã: Quid tã t'ribili tibi traſ
fixere coꝛõa Nate caput vita vis ne p̃ire mea
Tũc ih̃s eximia meſtã pietate p̃entẽ Cõſpi/
ciẽs dulci voce benign⁹ ait. Pro me cur tan/
tos fũdis dulciſſima flet⁹ Mi genitrix: obi
tu pone dolorẽ meo. Nãq̃z mea tot⁹ pena ſal
uabitꝛ orb: Qua ſine celoꝝ gaudia null⁹ hꝫ.
Deſine iã tãtos ad ſydera mittere planctus
Iãq̃z ocl'i taceat feſſa pupilla tui. Nãq̃z cito
ꝓpa valid⁹ ꝟtute reſurgã: Et báiulãs victis
hoſtib⁹ aſtra petã. Taceãt ḡ iã ꝛ ꝯfũdãtꝛ illi q̃
dicũt mr̃ez dñi p̃ijſſimã (eo q̃ ꝯſtantie ꝟtutẽ
hñet) ñ doluiſſe ex ꝯpaſſiõe filij: cũ ec̃ ð deo di
catꝛ Iudic. x. Doluit dñs ſup miſerijs eoꝝ.
Si ãt vis o p̃dicatoꝛ ad fletũ de paſſiõe xp̃i
ppl'm ĩcitare: ſtudeas dolores mr̃is ex cõpaſ/
ſiõe filij ſil' ĩmiſcere. Illis ei q̃ ñ cõpatiuntꝛ ꝟ/
ginis anxietatib⁹: nec eas recitãt ppl'is p̃t di
cere ip̃a ꝟgo illð. j. Re. xxij. Nõ ẽ q̃ vicẽ meã
doleat. ꝛ iõ ad fletũ ꝛ cõpaſſiõꝫ ppl'm ĩclina.
Vtã igitꝛ ꝟgo tota fuit dolorib⁹ repletiſſima
vñ dicere tũc poſ̃at illð. iiij. Re. iiij. Caput
meũ doleo. ꝛ Hiere. iiij. Vẽtrẽ meũ doleo. ꝛ
illð Iob. xxx. Os meũ p̃foratꝛ dolorib⁹. expe/
ctabã bona ꝛ venẽrt mihi mala. p̃ſtolabar lu
cẽ ꝛ erupẽrt tenebre. Interioꝛa mea efferbuẽrt
abſq̃z vlla req̃e: p̃uenerũt me dies afflictiõis
In ip̃a etiã ꝟificatũ fuit illð Eze. 30. Quaſi
p̃turiẽs dolebat. et ip̃a cũ lacrimis loq̃ns cũ
filio vt eã ſecũ mori faceret: dicere poſ̃at illð
j. R. j. Ex multitudĩe doloꝝ mei locuta ſũ. ꝛ
illð Iob. vj. ꝟba mea dolore ſr̃ plena. De aſ/
ſociãtib⁹ aũt eã dici poſ̃at illð Iob. ij. Vide
bã dolorẽ ei⁹ ec̃ vehemẽtẽ. Et ip̃a etiã dicere
poterat illð pſ. xviij. Circũdederũt me dolo
res mortꝫ. ꝛ pſ. 30. Defecit ĩ dolore vita mea
ꝛ pſ. 38. doloꝛ me⁹ r̃nouat⁹ ẽ. ꝛ pſ. 68. Sup
dolorẽ vulneꝝ meoꝝ addiderũt. ꝛ pſ. cxiiij.
Tribulatiõꝫ ꝛ dolorẽ ĩueni. Et de illo dici po
terat illð Hiere. xlix. Tremoꝛ app̃hẽdit eã.
Anguſtie ꝛ dolores tenuerũt eã q̃ſi p̃turiẽtẽ
De fletu etiã ip̃i⁹ ꝟificatũ fuit illð Thob. v.
Cepit flere mr̃ ei⁹. ꝛ x. eiuſdẽ li. c. Flebat mr̃
ei⁹ irremediabilib⁹ lacrimis. Et q̃d mirũ ſi
mr̃ p̃ijſſima flebat: cũ etiã de angelis dicatur
Iſa. 33. Angeli pacis amare flebãt. Si etiã
lugebãt ꝛ flebãt apl'i ꝓpꝛ mortẽ mgr̃i: Mar
ci vl. q̃zto magis lugere debebat mr̃ ꝓpꝛ mor
tẽ filij. Profecto ip̃a tãtũ fleuit q̃ dicere po/
terat illð Tre. ij. Defecerũt p̃ lacrimis oculi
mei: ꝯturbata ſũt viſcera mea. ꝛ illð Hiere.
xiij. dicebat. Ploꝛãs ploꝛabo: ꝛ deducet ocu/

lus meus lacrimas.ꝛ illō pſ.vj. Lacrimis
meis ſtratū meū rigabo. Tūc q̄z ꝟificatū fu
it illud Jſa.33. Luxit ꝛ elāguit terra.i.ipa b.
virgo q̄ terra appellat̄ in ſacra ſcp̄tura. Hoc
aūt p̄dictū fuerat Hiere.iiij. vbi dꝛ.lugebit
t̄ra ꝛ merebūt celi deſup. Rn̄deāt igit̄ mihi
īpugnātes pietatē ꝟginis glioſe: ſi ipſa fua/
uit oīa ꝯſilia ſacre ſcp̄ture q̄ potuit ſeruare.
ꝛ ſi dicāt ꝙ ſic: ꝛ ſup oēs ꝑfectiſſime: vt oib⁹
manifeſtū ē.ꝯſideret qd̄ dꝛ Ecci.38.de q̄lib3
mortuo etiā ex̄neo. Jn mortuū p̄duc lacrīas
ꝛq̄ſi dura paſſus īcip̄e plorare.h̄ ibi. Quid
ḡ fecit ſup filiū mortuū q̄ etiā ex ꝯpaſſiōe fle
bat ſup defunctū extraneū: Audiāt tales q̄d
dicat Ouid.li.j.de reme.amo. Quis matrē
niſi mētis inops in funere nati Flere vetat:
Quid āt flēdo diceret ponit q̄dā deuot⁹ vul/
gari ſmōe di. Jncōmēzo afar vn gran lamē
to ſoto la croce ī vna bruna veſta. E dixe. Fi
ol mio. Ecco il cōtēto cha ſpectaua hauer da
te vna grā feſta: hora ti vedo ī tāto tormēto.
Piāge maria e ſuſpirar nō reſta. poi ſoto la
croce forte lāgue e ſi baſaua el p̄cioſo ſangue.
Lāgelo me dixe chera bn̄deta ſop̄ ogni do
na che naſceſſe ī t̄ra. Qn̄ io ſtaua ī camera ſo
lera. Hor ſon abandōata ī tāta guerra. Poi
ī zenogi a la croce ſe geta. E q̄lla ſāguioſa ab
raza e ſerra. E ſtaua pſtrata a piedi del fiolo
Forte piāgēdo cō amaro dolo. Poi dixe. Jo
mel amēto amaramēte cū ſuſpiri lacrioſi ī piā
to e lucto. elizabeth mie dixe hūilmēte chera
bn̄deto el mio fructu. Et ogi come latro īfra
la gēte e ſtato tormētato e morto a tuto. Da
q̄ſti cani iudei ſenza raſone. E poſto in croce
fra doi latrone Juda che thauea facto el mio
fiolo. Che lo vēdiſti a quel popul īgto Tra
cto thauea di tāto affano e dolo haueati og/
ni īiuria p̄dōato como ſignore del ſupno po
lo E tu īngto maligno e ſcelerato p tāto bene
mal li hai renduto. O che nō fuſti al mūdo
mai naſuto. Poi dixe a magdalēa. vede el ſi
gnore che creo el celo: laere e la t̄ra. Per dare
pace a ciaſcun petōre. hogi ī croce ſuſtene tā/
ta guerra Uede q̄l ciodo che mi paſſa il core
che tanto lun pie ſualtro ſerra. Uide le man
ꝯfiete al ſctō ligno p far el petōre di grā dig/
no. E tāto ſangue da quel corpo vſito. Tut
ta la croce ha facta ꝟmilia. Poi al ſuo fiolo
za trāſito. La ꝟgine maria alzo le cilia. E di
xe fiol mio a che partito Mi laſſi tu che ſon
tua m̄re e filia. E cō gran piāto la croce abra
zaua. Del ſāgue del ſuo fiolo ſi bagnaua. poi
dixe. Sio vāne el tuo fratello che ſul ſuo pe/
cto tadormētaſti. dal capo a pedi cō duro fla
gello liha tute le mēbre afflicte e guaſte Quel
populo crudele iniq̄ e fello. anchora par che
queſto nō li baſti. Aime aime fiolo mio e pa
tre habi pieta di me dolēte m̄re. Qn̄ fiol na/
ceſti ponc ramēte ī bethleē: il celo ti fece hono
re. Uenerno li trei magi da oriēte A offerir
a te cō grāde amore. Et ogi ī ſula croce ſtai p̄e
dēte ſi vergo gnato ī tāto deſhonore. Fiolo io
nel tēplo te offerite. E hora ſono p te coſſi af
flicta io te trouai nel tēplo a diſputare: hora
ti trouo ī ſula croce morto. Fiol tu me voliui
a cōpagnare: hora taꝯpagno a ſi amaro por
to. Sempre voleſti.i poueri adiutare. hor/
porge tua m̄re q̄lche cōforto. Fiol tu apriſti
el cel al petōre. E cō la lāza a te e apto el core.
Tu faceſti fiol de laq̄ vino. A te fu dato a be
uere aceto e felle. Tu liberaſti el grāde el pico
lino. E ognū te ſtato a ſpiriſſimo e crudelle.
O creator altiſſimo e diuino: adiuto porge
a tuo m̄re fidelle. Che tāto dole e ſi lāguiſce
forte che dolce a lei ſaria lamara morte. Nō
he alcun ſi gramo e tribulato che nō habi ri
poſo o q̄lche fine. Ma tu fiolo ſtai col capo
quino īcoronato de pōgēte ſpine. El tuo cor/
po e tutto īſanguinato. Oime che moro o dol
ce fiolino: chel gran dolore il cor tāto mi ſerra
che tramortita hora vado per terra. Quiui
corſe giuuanne e magdalena Jacobo e ſalo/
me e marta acorta vedendola cadere ī tanta
pēa. Credēdo ciaſcuno che fuſſe morta. Pre
ſto adiutorno la matre ſerena. E melio che
pono ſi la cōforto. Poi ſe drizo cū vna ama/
ra voce E ſi abrazo el ligno de la croce. Mul
tos alios plāct⁹ ipi⁹ ꝟgis ad maximā deuoti
onē īducētes poſui ī.ij.p. roſarij ſmonū: ſer.
xv. q̄s hic breuitatis cā p̄traſeo.

¶ Pars ſecūda huius ſermōis que dicit̄
cauſalitatis.

Q Uidā deuot⁹ ſacerdos q̄rit a brā
ꝟgine cām ſui flet⁹ in paſſiōe filij
dicēs metrice. Quid ploras ſūmi
genitrix venerāda tonātis. Et ge
mino triſtes lumīe das lacrimas: An tuus
atroci ſolimoꝝ carcere vict⁹ Fili⁹ ī lacrimas
p̄cubuiſſe iubet: Te pietas magna mouet: te
nobile corp⁹. Te q̄z pura fides: te pia cā mo
ꝝ. Q, morit̄ nullo dānat⁹ crimie nat⁹ Jnt̄
latrōes (res miſerāda) duos. Q, fluat ꝛ lace
ro rutilās de corpe ſanguis: Et nulſ q̄z in toto
corpe corp⁹ hz. Q, nitidis ſtropheuz dolor
euicit̄ ocell'. Q, q̄tiat tenez cāna ſceleſta ca/
put. Fedaq̄z ꝙ pulcros deturpēt vndiq̄z vult⁹
Sputa. ꝙ inſanda gēs ruit arte ferox Q, na
to rapꝛiꝫ certāt illudere capto. Et noua tibi

culis ↄcitat acta ioc꜉ ⁊c. Sꝫ vt clariꝰ cām do
loꝝ ⁊ fletꝰ ꝟginal' cogſcamꝰ eſt ſciedū ꝙ mul
tis reſpectibꝰ ipa b. ꝟgo habuit cām maximi
doloꝝ. ⁊ pmo rōe cognitiōis. Ipa em̄ ſapiē
tiſſima ſciebat ꝙ filiꝰ eiꝰ tolerabat ieffabiles
doloꝛes. ⁊ ꝙ nullꝰ vnq̄ꝫ fuit nec erit i mō ſic
crudelit' martyrizatꝰ q̄n filiꝰ ſuꝰ acerbioꝛes pe
nas tolerauit. Ipiꝰ ei doloꝛ fuit maximꝰ oīm
doloꝝ pn̄t꜉ vite: ſm Ric. i. iij. diſ. xv. ar. iiij.
q. iij. ⁊ ſ. Bona. i eo. li. di. xvj. ar. j. q. ij. ⁊ b.
Tho. in. iij. p. ſum. di. xlvj. ar. iiij. p totū. et
h̄ mult꜉ de cauſ. Primo rōe violatōis. d̄ qua
ipe dn̄s ait p ps. Et vim faciebāt q̄ q̄rebant
aīaꝫ meā. i. vitā mihi auferre. In oībꝰ em̄ ill'
loc꜉ i q̄bꝰ extimatū ē vitā hoīs cōſiſtere fecerꝫ
maximā vim. in capite p coronā ſpineā. i coꝛ
de p apertionē later꜉. i epate vl' ſanguine p fla
gella i doꝛſo: ⁊ clauos i manibꝰ ⁊ pedibꝰ vt ex
iret totꝰ ſanguis. vn̄ ipe ait Iſa. lxiij. Toꝛcu
lar calcaui ſolꝰ. ⁊ de gētibꝰ nō eſt vir mecū: q꜉
ſola vna mlier. i. mr̄ ſua ſecū fuit paſſa p pfe
ctā cōpaſſiōꝫ. ¶ Sciedū ē aūt ꝙ tāta ē diſtan
tia int' cruciatū xpi i paſſiōe: ⁊ cruciatū alioꝝ
ſctōꝝ q̄tū diſtat purꝰ hō a xpo. qd̄ inuit ipe
dn̄s: q̄ vt h̄r Luc. xxij. in hoꝛto oꝛās p calice
paſſiōis trāſferēdo auulſus ē a diſcipul' q̄tū
iactꝰ eſt lapidis. petra em̄ ſeu lapis (vt dicit'. j
Coꝛ. x.) ē xps. q̄ q̄ſi i īfinitū diſtat i pfectōe
ab alijs. Qꝛ ꝟo corpꝰ xpi erat de ſba ꝟgis: iō
illa ei fuit ppinq̄ſſima i doloꝛibꝰ. Scd̄o do
loꝛ xpi fuit maximꝰ rōe cauſatōis ſiue occaſio
nis. Tāto ei q̄s magꝫ affligit' patiēdo q̄to n̄
p ſua ſꝫ p culpa aliena patit'. q꜉ tūc ↄ̄ iuſticiā
⁊ eq̄tatē cruciat'. Vn̄ q̄n q̄s videt ſe pati qd̄
meret' mitigat' eiꝰ pena. Ideo Ouid' i eplis
ait. Leuit' ex merito q̄cq̄d patiare ferēdū eſt
Que venit idigne pena dolēda fuit. Sꝫ eↄ̄
q̄n q̄s patit' nō p ſua ſꝫ p aliena culpa fit do
loꝛ eiꝰ maximꝰ. iō Mat. xxvij. dicebat latro
ↄuſus alteri. Nos q̄dē digna fact꜉ nr̄is reci
pimꝰ: h̄ aūt q̄d: Xps igit' patiēs p alienis de
lictis nō p ſuis maximā habuit cām doloꝛis
⁊ tāto maioꝛē quāto oēs penas ptulit q̄ oībꝫ
homibꝰ debebant' p coꝝ pctis. vn̄ Iſa. liij. dꝛ
Vere lāguoꝛes nr̄os ipe tulit ⁊ doloꝛes nr̄os
ipe poꝛtauit. Ipe vulneratꝰ eſt ppt' iniq̄tates
nr̄as: attritꝰ ppt' ſcelera nr̄a. Oēs nos quaſi
oues errauimꝰ: vnuſq̄ſq̄ꝫ i viā ſuā declinauit
ſcꝫ p diuiſa pctā. ⁊ dn̄s poſuit i eo iniq̄tatē oīꝫ
nr̄m. Cū ḡ p q̄liber moꝛtali pctō debeat' pena
īfinita ⁊ infernalis. pena ipiꝰ dn̄i ieſu dei et
hoīs q̄ ſatiſfec̄ p oīm hoīm pctīs fuit incōpa
bilis. vn̄ in pſona eiꝰ inq̄t ps. Repleta ē ma
lis aīa mea: ⁊ vita mea in iferno appropinq̄
uit. i. p alienis delict꜉ penas q̄ſi ifernales tole
rauit. ⁊ iō Ber. inq̄t in ſer. paſſiōis. O bone
ihu q̄d tibi ē ⁊ moꝛti: moꝛti nos debiti ſumꝰ ⁊
tu ſoluis: nos peccauimꝰ ⁊ tu luis. ⁊ iteꝝ. O
hō ↄſidera mētali oculo q̄to remuneratiōis
debito aſtringar꜉. reſpice ſudoꝛē ſanguineū:
alapaꝝ ↄtumeliā: flagelloꝝ duriciā: coronā
ſpineā: ſputi ludibꝛia: crucis ſuſpendiū: ocu
los lāguētes: oꝛis palloꝛē: fellica cibaria: ace
toſa pocula: caput inclinatū: ⁊ deniq̄ꝫ moꝛtis
ſuppliciū. Cū igit' filiꝰ btē ꝟginis fuerit ſan
ctiſſimꝰ ⁊ ſine vlla macula: q̄ pctm̄ n̄ fecit nec
inuētꝰ eſt dolꝰ i oꝛe eiꝰ: Iſa. liij. Idcirco ſūme
dolere debuit: q꜉ vt ſceleratiſſimꝰ occiſꝰ ē. vn̄
Iſa. eo. c. de illo ait. ⁊ cū ſcelerat꜉ reputatꝰ eſt
Exclamabat ḡ ꝟgo btiſſima. O fili mi btiſſi
me tu q̄ es oīm ſctōꝝ ſctiſſimꝰ pctōꝛ maximꝰ
reputar꜉: tu ſapiē ↄditoꝛ ſtultꝰ extimar꜉: tu q̄
p ineffabilibꝰ ꝟtutibꝰ tuis gl'iam ⁊ laudē p
merer꜉ vt malefactoꝛ crudeliſſime pn̄ecaris.
ex q̄ doloꝛ tuꝰ ⁊ meꝰ ē ingētiſſimꝰ ¶ Tertio do k
loꝛ xpi fuit maximꝰ rōe cōplexōis. Dicit em̄ Nobilioꝛ cōplexio i xpo
phs i li. de ſenſu ⁊ ſenſato ꝙ nobilioꝛes potē
tie ſunt mag꜉ apphēſiue obiectoꝝ. qd̄ pꝫ. nā
cū oculꝰ ſit nobilioꝛ ⁊ delicatioꝛ manu: manꝰ
ꝟo delicatioꝛ calcaneo: hinc ē ꝙ eadē pcuſſio
eq̄lit' facta i pdict꜉ ḡuioꝛē penā exhibebit ocu
lo q̄ꝫ manui vl' calcaneo. q̄ pſuppoſito dico ꝙ
cū xps deꝰ ⁊ hō habuerit nobiliſſimā cōple
xionē ſup oēs humanas creaturas. pfecto i
moꝛte maximā ſup oēs doloꝛes habuit affli
ctionē. Et ↄfoꝛmat' ſic. Dixit phs in li. de ſen
ſu ⁊ ſenſa. ꝙ oīs pena ē pncipal'r in tactu. vn̄
q̄n q̄s hꝫ vnū mēbꝛū freneticū vel idoꝛmita
tū ſentit q̄ſi nihil vel modicū pūcturas in eo
factas. ⁊ ppt'ea hn̄tes nobilioꝛē tactū mag꜉
ſunt paſſibiles. ⁊ q̄to ſenſus tactꝰ ē viuacioꝛ
tāto doloꝛ eſt acutioꝛ. vt dꝛ. ij. de aīma. Cū ḡ
xps habuerit ſenſuꝫ tactꝰ viuaciſſimū. q꜉ eiꝰ
nobiliſſimū coꝛpꝰ fuit foꝛmatū ꝟtute ſpūſſcī
⁊ illa q̄ imediate fiunt a deo ſunt nobilioꝛa et
pfectioꝛa: dicēte autoꝛe in li. de cau. Quicq̄d
facit cā ſcd̄a nobilioꝛi ⁊ altioꝛi mō facit cā p̄
ma. ḡ ⁊c. Tāto igit' btiſſima ꝟgo maioꝛi cru
ciabat' doloꝛe ex xpi paſſione: q̄to ſciebat coꝛ
pus eiꝰ nobiliſſimū ⁊ delicatiſſime ↄplexiōis
acerbioꝛē penā tolerare. ¶ Quarto ḡuiſſima l
fuit pena xpi rōe modificatiōis. Tāto em̄ pe Modꝰ acerbiſſimus paſſionis
na eſt acerbioꝛ q̄to velociꝰ ꝟtutē nature de
ſtruit: maxime vbi mēbꝛꝝ aliqd̄ nō coꝛrūpit:
ſꝫ xps in cruce ſuſpēſus adeo cito eſt moꝛtuꝰ:
vt etiā pſes mirarec'. ergo ⁊c. Modꝰ aūt pa
tiendi fuit ḡuiſſimꝰ tum q꜉ patiebat' in locis
maxime ſenſibilibꝰ. ſ. in manibꝰ ⁊ pedibꝰ: in

Marginal notes (left column): Cā maximi doloꝝ marie. — I — Diſtātia doloris xpi a doloꝛe aliorum

quibꝰ eſt mag̃ neruoꝝ abūdātia: in q̇bꝰ ma/
xime viget ſenſus tactꝰ. tū ꝓpter doloris vni
uerſitate: quia paſſus eſt ꝑ totū corpꝰ. vñ ve
rificatū eſt illud Iſa. j. A planta pedis vſqꝫ
ad v̄ticē capitis nō remāſit ī eo ſanitas. Ca
put em̄ illō ſctiſſimū gazophilaciū ſapiētie
dei puncturis acutiſſimis corone ſpinee vſqꝫ
ad cerebrū penetrātibꝰ ꝑforatū eſt. Oculi eiꝰ
pijſſimi in deriſum velati ſunt. facies eiꝰ ple/
na gr̃aꝝ deturpata eſt ſputis ⁊ ſanguine: ita
vt leproſus videret̃. iuxta illō Iſa. liij. Vidi
mus eū q̄ſi leproſum: vñ nec reputabimꝰ eū
Gene eiꝰ cādide ⁊ rubicūde alapis ꝑcuſſe ſt̃
vñ ipē ait Iſa. l. Corpꝰ meū dedi ꝑcutiētibꝰ
⁊ genas meas vellētibus. Aures ille que me
los audiūt angeloꝝ replete ſūt blaſphemijs
detractiōibꝰ: cōtumelijs ⁊ irriſiōibꝰ populoꝝ
Unde ipē ait pſ̄. xxj. Omnes vidētes me de
riſerūt me: locuti ſunt labijs ⁊ mouerūt caput
Nares eius beatiſſime: ad cuius odorē reui
uiſcūt mortui: fatigant̃ fetoribꝰ cadaueꝝ cal
uarie loci. Capilli delicatiſſimi capitis eius ⁊
barbe violētia tracti aut euulſi ſunt. Os eiꝰ
quod tam ſanā: tam ſapidiſſimā tāqꝫ vtiliſſi
mā ⁊ veriſſimā doctrinā ꝓtulerat: ꝑcuſſum ē
⁊ tanqꝫ ouis ad occiſionē ductꝰ nō aperuit os
ſuum: Iſa. liij. Collū eius ſuauiſſimū colla/
phis attritū eſt. manꝰ eius potētiſſime: ex q̄ꝝ
tactu infirmi ſanati ſunt: ⁊ leproſi mundati
ſunt: clauis duriſſimis cruci affixe ſunt. Pe/
des eius: quoꝝ terra ſcabellū ē: quiqꝫ diſcur/
rentes ꝑ ciuitates: villas ⁊ caſtra tantū labo
rauerūt ꝓ hoīum ſalute in cruce ꝑforati ſunt
Vñ ipē ait ꝑ ꝓphetā pſ̄. xxj. Foderūt manꝰ
meas ⁊ pedes meos: dinumerauerūt omīa oſſa
mea. Totū copꝰ illud dulciſſimū quod in ci/
bum ſalutiferū nobis reliquit multis diris
flagellis ceſum dilaceratū ⁊ cruentatū ē. vñ
ipē ait ꝑ pſ̄. Ego fui flagellatꝰ tota die. Oſ/
ſa eiꝰ cōquaſſata ſunt: lingua ipiꝰ aceto ⁊ fel/
le amaricata. vñ ipē inq̇t ꝑ pſ̄. Dederunt in
eſcā meā fel: ⁊ in ſiti mea potauerūt me aceto
Demū eo mortuo nō ſatiati de cruciatibꝰ vi
uentis: latus eiꝰ iam mortui lancea tranſfixe
rūt. vnde ipē cōquerit̃ Iob. xvj. dicens. Cir
cūdederūt me lanceis ſuis: vulnerauerūt lū/
bos meos. Et nō ſolū ei iniuriati ſunt ſed etiā
veſtibꝰ eiꝰ. vñ ipē cōquerit̃ ꝑ ꝓphetā pſ̄. xxj.
dicēs. Diuiſerūt ſibi veſtimēta mea ⁊ ſuper
veſtē meā miſerūt ſortē. Que oīa ꝯſiderans
beatiſſima v̄go doloribꝰ pleniſſima dicebat
illud Treñ. ij. Oculꝰ meꝰ afflictus eſt: nec ta
cuit: eo ꝙ nō eſſet requies donec aſpiceret et
videret dñs de celis. i. nō tacuit a fletu: eo ꝙ
nō eſſet requies alicui mēbro filij mei: donec
aſpiceret dñs. ſ. ipm̄ reſuſcitādo a mortuis.
¶ Quinto grauiſſimꝰ fuit dolor ratiōe dereli M
ctionis. Diuitas em̄ lꝫ nunqꝫ dimiſerit hūa/ Quō di/
nitatē xp̄i quo ad vnionē: tn̄ dereliq̇t eā quo uinitas
ad cōſolationē tp̄e paſſiōis. Vñ ſciēdū eſt ꝙ dereliq̇t
(vt dicūt doctores) tātꝰ fuit dolor xp̄i vt val/ humani/
de mirū eēt quare nō moreret̃. niſi qꝛ phiſici tatē xp̄i
dicūt ꝙ nemo ex dolore in hac vita mori pōt
niſi ipē dolor ꝯmunicet̃ ſenſualitati. Sꝫ di
uinitas xp̄i ꝑmittebat ſenſualitatē pati vſqꝫ
ad ꝓpinq̇tatē mortis. Deinde virtutē nouā
ei cōmunicabat vt magis pateret̃. Vñ nō ſo
lū ſemel: ſed pluries dolorē mortis ſenſit. Et
ideo dicūt doct̃. ꝙ qñ diuinitas dimiſit hu/
manitatē facere curſum ſuū: ⁊ nō dedit ei vir
tutē fortificatiuā: tūc clamauit in cruce cū la/
chrymis ⁊ clamore valido: vt ait apoſtolꝰ ad
Heb. v. dicēs. Deꝰ deus meꝰ vt q̇d dereliq̄ſti
me: Mat. xxvij. q̄ſi diceret. Clamauerūt iu
ſti ⁊ dñs exaudiuit eos: pſ̄. xxxiij. Pr̄es vete
ris et noui teſtamēti ī tribulatōibꝰ ſuis ⁊ cru
ciatibꝰ dñs exaudiuit. ⁊ ſi nō ſp̄ liberando ab
illis penis: tamē ſemꝑ ꝯſolādo mentē eorum
Ego autē clamabo per diem ⁊ nō exaudies.
Fuit igit̃ aſꝑrimꝰ dolor eiꝰ: qꝛ diuitas nullū
ei refrigeriū ꝑſtitit ſicut ceteris martyribus.
ſed ipm̄ q̄ ad oīe gaudiū ⁊ ꝯſolationē dere/
liq̇t. Derelictꝰ etiā fuit ab hoībus. vñ ipē in/
quit ꝑ pſ̄. di. Qui me conſolaret̃ nō inueni.
Nō em̄ ꝯſolabat̃ ſicut fieri ſolet morti abdi/
catis a ducētibꝰ eos. ſed cōtriſtabat̃ ab oībus
Nā iudei illudebant ei cū ꝑncipibꝰ ſacerdo
tū ⁊ blaſphemabāt eū. gentiles v̄o coronam
ſpineā capiti imponētes percutiebant illud
Dereliquerūt eum diſcipuli qui cū eo erant
Vñ ipē ꝯquerit̃ ꝑ pſ̄. di. Longe feciſti no/
tos meos a me: poſuerūt me abominationē
ſibi. Dereliq̄rāt eū alie marie: q̄ fidē diuitatꝫ
eius amiſerat. Sola igit̃ pijſſima v̄go tāto
acrius dolebat ⁊ ei vehemētiꝰ compatieba/
tur: quāto eū ab alijs oīibꝰ derelictū cogno
ſcebat. ¶ Sexto nō modica fuit cauſa dolo/
ris in xp̄o patiēte ⁊ matre compatiēte hoc ꝙ N
cum latronibꝰ crucifixꝰ eſt. Et iſta rō pōt di/
ci aſſociatōis. Sicut em̄ pati iuſtū ⁊ innocē
tem cū alijs ſanctis ⁊ probis viris ⁊ iniuſte
ꝯdēnari ad mortē eſt aliquod refrigeriū: ita
ecōtra condēnari cū ſceleratis eſt augmentū
pene. cū ex hoc vidētes iudicēt eū ſceleſtū. Et
ideo hoc xp̄us horrens ſm̄ ſenſualitatem ora
bat ꝑ pſ̄. di. Ne ꝑdas cū impijs deus aīam
meā: ⁊ cum viris ſanguinū vitā meā. ¶ Se
ptimo erat dolor xp̄i acerbiſſimus ratione O

ſuſpēſiōis.ſ.ī cruce. Crux em̄ illo tpe erat ſup
pliciū valde abomīabile:qꝛ ſcptū erat Deut.
xxj. Maledictꝰ omnis qui pendet in ligno
Mors ḡ xpiꝰ fuit maxime infamie:et conſe/
quēter acerbiſſime pene. Vñ Aug.in ſmōe
paſſiōis ait. Ipſe rex regū ⁊ dñs dominātiū
mortē ſuſtinuit īmaturā:qꝛ in flore iuuētutꝫ
violentā:qꝛ ab alijs ⁊ bñficiatis.⁊ acerbiſſi/
mā:qꝛ crucꝫ.ac viliſſimā:qꝛ ī medio latronū
Et Bern̄.ſup Can̄.inqt. O hūilē ⁊ ſblimē
o altiſſimū ⁊ nouiſſimū:o opprobriū hoīum
⁊ gloria angeloꝝ:nemo ſublimior nemo de/
ſpectior. Iſto vilis quātū potes:nunq̄ʒ chri/
ſto vilior eris. Ipſe ſiquidē rex regū ⁊ domi
nus dñantiū fuit viliſſimo p̄cio venalis ex/
poſitus:a viliſſimo populo viliſſima paſſus
viliſſimo loco crucifixus crucis ſupplicio tra
ditus inter latrones poſitꝰ:cum iniq̄ſſimis ⁊
viliſſimis hominibus deputatus modo viliſſi
mo tractatꝰ. Item tanq̄ʒ malefactor bonus
dñs capit̄:tanq̄ʒ furioſus manſuetꝰ vinculis
aſtringit̄:tanq̄ʒ peſtifer ſaluator accuſat̄:tan
q̄ʒ homicida vita hoīm morti damnat̄:tāq̄ʒ
leproſus ⁊ īmūdus mūdator criminū extra
menia eijcitur:tanq̄ʒ latro crucifigit̄.tāq̄ʒ fla
gitioſiſſimꝰ cōfutādus ab oībꝰ ⁊ intuēdꝰ nu/
datur ⁊ tanq̄ʒ vermis vilis ⁊ viliſſimꝰ ſūmꝰ
deus cōſpuit̄ ⁊ cōculcat̄. Hec ille. Que oīa
inferiꝰ patebūt clarꝰ.ꝓpt̄ que bn̄dicta vir/
go ineffabiliter dolebat. ¶ Octauo dolor xpi
fuit grauiſſimꝰ rōne conditiōis. Quāto em̄
dignior eſt pſona q̄ offendit̄:tanto maior eſt
offenſa.⁊ p cōſequēs ſuſtinēti ⁊ oīi ei attinē
ti atq̄ʒ eū diligenti occaſio maioris doloris.
Cū igit̄ dñs ieſus eſſꝫ deus ⁊ hō dignior pſo
na eſſe nō poterat. Et q̄ʒuis diuinitas ſua pati
nō poſſet:tamē quia humanitas illa erat or
ganū quoddā ⁊ quaſi veſtimentū diuinita/
tis.vnde Aplꝰs ad Phil'.ij.ait. Et habitu
inuētus vt hō. Ideo oīs iīuria facta illi hu/
manitati ⁊ corpi pōt dici facta deo.ſicut qui
frangeret vel ſpueret in veſtē regis vl' impa
torꝫ qua indutꝰ eſt:diceret̄ facere iniuriā nō
veſti ſed regi vel impatori. Inq̄ʒtum etiā ho
mo erat de ſtirpe regali ⁊ ſacerdotali genitꝰ:
rex ⁊ ſacerdos ſummꝰ:innocētiſſimꝰ ⁊ ſapiē/
tiſſimꝰ:⁊ miraculis ac ſanctitate et doctrina
famoſiſſimꝰ. Cum igit̄ ei fuerint illate tot cō/
tumelie:irriſiōes:maledictiōes:infamatiōes
⁊ afflictiōes corpi:inde magnus ſibi exurge
bat dolor ⁊ matri eiꝰ.vñ ipa exclamat dicēs
illud Bern̄. Heu mihi:quia captiuoꝝ liber
tas capit̄:glīa angelorū illudit̄:deus oīm fla
gellat̄:candor lucis eterne ⁊ ſpeculū ſine ma/
cula ↄſpuit̄. Et cū vita oīꝫ occidat̄:q̄d reſtat
nobis miſeris niſi vt eamus ⁊ nos ⁊ moria/
mur cū eo. Dolebat ſiq̄dē piſſima virgo de
iīurijs tāti filij tam ſancti tā inocētis:et ma/
xime de offenſa dei. ¶ Nono grauiſſimꝰ erat
dolor xpi ⁊ matris eiꝰ rōne illatiōis. Quāto
em̄ plures cōcurrūt ⁊ diuerſoꝝ ſtatuū ⁊ ma/
giſtratuū:⁊ amici ⁊ valde benefici ⁊ illi q̄ re/
putant̄ iuſti ad inferendā iniuriā ⁊ mortem
valde ignominioſam alicui:tanto maior do
lor ⁊ afflictio ſequit̄ in paſſo ⁊ in q̄libet atti/
nēte ⁊ amico eius. Sed ad inferēdā paſſio/
nē tā amarā ⁊ opprobrioſam ꝟginis filio cō
currerūt de oīi genere ⁊ ſtatu.⁊ etiā vnꝰ qui
ꝓus erat diſcipulꝰ ⁊ bñficiatus. Et ideo ꝟgo
mater eius dilectiſſima ſumme doluit vidēs
impletū eſſe illud quod ait ꝓpha pſ̄.ij. Aſti
terūt reges terre:⁊ ꝓncipes cōuenerūt ī vnū
aduerſus dn̄m ⁊ adūſus xpm eius.ſ.ad mor
tem ei inferendā. Reges quidē aſtiterūt.ſ.
Herodes rex galilee:qui ſpreuit eū cū exerci
tu ſuo:⁊ indutū veſte alba vt fatuuꝫ remiſit
illū ad Pylatū vt iudicaret eū: Luce.xxiij.
Rex romanoꝝ.ſ.impator Tyberius:⁊ ſi nō
in pſona ꝓpria:tamen p ſuū locū tenentē py
latū tulit ſniam mortis ↄtra eū: Mat.xxvij
Principes q̄ꝫ ſacerdotū ⁊ phariſei:q̄ erant
inter alios ꝓncipaliores:⁊ iuſti hoīes repu/
tabant̄:collegerūt conſiliū vt xpm morti tra
derēt ⁊ occiderēt: Joh.xj. Et ipm tanq̄ʒ ma/
lefactorē Pylato pſentauerūt occidendum:
Mat.xxvij. Oīs etiā populꝰ acclamauit co
rā pylato vt xpm crucifigeret:⁊ barrabā ſce/
leratiſſimū dimitteret.⁊ ſic factū eſt.vt in p/
allegato.c.habet̄. Affuit quoq̄ʒ paſſiōi xpi ſe
xus femineꝰ.ſ.ancila oſtiaria viliſſima.que
licet nō poſſet adire ieſum ad eū illudenduꝫ
ꝓpter occupationē officij ⁊ ꝓpter frequētiā
ppl'i ipm dn̄m circūdantis ⁊ illudētis:tn̄ vi
rus neq̄cie ſue exercuit ī diſcipulū eiꝰ Petrū
volens eū facere detineri cū xpo.vñ ⁊ mani
feſtauit eū dicēs. Et tu ex diſcipulis es hoīs
iſtius: Joh.xviij. Itē dixit. Et tu cū Jeſu na
zareno eras: Matth.xxvj.⁊ Marci.xiiij.
Milites quoq̄ʒ pylati (q̄ gentiles erāt) poſt
ꝟberatiōes ⁊ opprobria atq̄ʒ diuerſas affli/
ctiōes:deduxerunt eū ad patibulū crucis.⁊
ſic oēs ↄuenerūt aduerſus eū. Conuenerūt
etiā beneficiati ad eius mortē. Nam ipe piꝰ
dominꝰ multa beneficia fecerat populo he/
breoꝝ ⁊ patribꝰ eoꝝ.⁊ iſta vna erat cā maxi/
mi doloris in ipo.vñ in cruce dicere poterat
cū pſ̄. Retribuebant mihi mala p bonis:et
odium p dilectiōe mea. Item dicebat illud

Margin (beside "Octauo dolor"): P / Cōditio pſona pa tientis

Margin (beside "Nono"): N

Margin (beside "Sed ad inferēdā"): Status ĩferentiū paſſionē mł'tiplex

Michee.vj. Pp̄l'e meus q̄d feci tibi:aut in
q̄ moleſtꝰ fui tibi:rn̄de mihi. Ego p̄res tuoſ
Jacob ⁊ filiꝰ eiꝰ tpe famis in egypto enutri/
ui ne pires:⁊ poſtea te multiplicare feci ī ma
ximū numeꝝ:⁊ de dura egyptiorum ſuitute
eduxi. A flagellis q̄bꝰ totā egyptū ꝑcuſſi te
liberaui ac mare rubꝝū tibi aperui:vt ꝑ illud
ſicco veſtigio ꝑtrāſires:⁊ Pharaonē ꝑſecu/
torē tuū cū exercitu ſuo demerſi. Mānā de ce
lo te ꝑ.xl.ānos in deſerto paui.aquāqꝫ de pe/
tra tibi eduxi.⁊ ꝑſeq̄ntes te hoſtes ꝓſtraui.
Seō.ſ.regē amorreoꝝ.⁊ Og regē baſan gi
gātē. Terrā fluētē lac ⁊ mel donaui tibi.⁊ in
ea.xxx.reges ⁊ plīmas natiōes tibi adūſan/
tes interfeci. In mōte ſynai tibi legē dedi.⁊ de
captiuitate ꝑ Eſdrā Neemiaꝫ ⁊ Zorobabel
reduxi. De q̄ui oppſſiōe antiochi regꝭ te ꝑ iu
dā machabeū ⁊ frēs eiꝰ excuſſi. Ego de genere
tuo carnē ſumpſi.⁊ deꝰ ſum factꝰ frater tuus
Et ꝑ ciuitates ⁊ t'ras tuā ꝓcurādo ſalutē diſ
curri cū anxietatibꝰ ⁊ laboribꝰ ꝯplīmis:tibi
p̄dicādo regnū dei. Cecos tuos illumiaui:le/
proſos mūdaui:claudos erexi:obſeſſos a de/
monibꝰ libaui:ſurdis auditū reſtitui:mutꝭ
loquelā:īfirmis varijs ſanitatē:mortuis vi/
tā. Precepta dei tibi declaraui:errores ꝯfuta
ui:vicia rephēdi:cōſilia dedi:⁊ viā ꝑfectiōis
tibi oñdi. Quid aliud tibi facere potui ⁊ nō
feci: Hec ne r'ddis dn̄o tuo pp̄l'e ſtulte ⁊ iſi
piēs. Que oīa cōſiderās ṽgo bn̄dicta ſūmo
ꝑe dolebat. Vn̄ dicebat cū ꝓpheta pſ.xxx.
Defecit ī dolore vita mea:⁊ anni mei ī gemi/
tibꝰ. ¶ Decio aggꝛauabat' dolor xp̄i et mr̄is eiꝰ
rōe feſtiuatōis. Erat em̄ ſolēnitas paſce ſeu
azimoꝝ:q̄ erat p̄cipua ſuꝑ oēs alias.ī qua te
nebant' ex lege oēs iudei ꝯuenire in Hierl'm
ad tēplū de q̄buſcūqꝫ ciuitatibꝰ ⁊ locis ad ſa/
crificādū. Et qꝛ ꝑ varias captiuitates eoꝝ
erāt ſatis diſperſi ꝑ orbē.ſ.in italia:aſia ⁊ af/
frica ⁊c.vt patet Act.ij.de omī pene natiōe
ꝯuenerāt Hieruſalē ad illud feſtū. Quāto
aūt q̄s damnat' ⁊ ducit' ad mortē ꝓpter ma/
leficiū ꝯcurrēte maiori ꝯcurſu populi:tanto
maior ei inſurgit pena ꝯfuſiōis ⁊ erubeſcētie
ꝯſiderat em̄ ꝙ q̄libet videns narrabit alijs.
Et ſi ꝑegrinꝰ eſt reuſus ad patriā ſuā referet
⁊ diuulgabit ibi de eiꝰ dānatione ⁊ vituꝑoſa
morte:⁊ ſic vbiqꝫ infamabit'. De q̄ui aūt cri
mīe calūnioſo.ſ.de blaſphemia dei(q̄ erat gra
uiſſimū pcc̄m apud iudeos)accuſatꝰ fuerat:
qꝛ filiū dei ſe dixerat. Itē de crimie leſe maie/
ſtatis:q̄d erat grauiſſimū apd̄ gētiles:q.ſ.
voluiſſet ſe facere regē iudeoꝝ:⁊ cōſequenter
ex ambitiōe vſurpare impiū romanoꝝ.vn̄d
ī titulo crucis ſcpſerūt. Jh̄s nazarenꝰ rex iu/
deoꝝ.q̄ſi diceret. Hec eſt cā paſſiōis eiꝰ. Et
vt oīes poſſent legere(ex quo de omī gente
ibi erāt.ſ.hebreoꝝ:grecoꝝ ⁊ latinoꝝ)ſcripſe
rūt ipm titulū lr̄is grecis hebraicis ⁊ latinis
vt habet' Johis.xix. Cōſiderās igit' pijſſima
ṽgo tantā filij cōfuſionē:tamqꝫ publicandā
per orbē eius diffamationē:nō poterat non
valde dolere.vn̄ dicebat illud Treñ.j. Au
dite obſecro vniūſi populi ⁊ videre dolorem
meū. ¶ Undecimo aggrauabat' dolor eiꝰ ra
tiōe vilificatōis.ſ.ex loci vilitate ī q̄ crucifixꝰ
eſt.ſ.caluarie:in q̄ erant oſſa mortuoꝝ ⁊ alia
cadauera:⁊ ibi occidebātur viliſſimi hoīes ⁊
ſceleratiſſimi malefactores.ex quo ipe dn̄s ⁊
mater eiꝰ augmentū habuit doloris.vn̄ di/
cebat pijſſima ṽgo illd̄ Treñ.j. Jdcirco ego
plorans ⁊ oculꝰ meꝰ deducet lacrimas.qꝛ lon
ge factꝰ eſt a me ꝯſolator. Adeo aūt amariſſi
me flebat vt alias oēs mulieres ſuas ſocias
ad lacrimas ꝓuocaret. ¶ Duodecimo aggra
uabat' dolor eiꝰ rōe ꝑditiōis. Nā cū copioſa
fuerit apd̄ deū redēptio:adeo ꝙ p̄ciū ſangui/
nis xp̄i nō ſolū mūdū ſed mille mūdos redi
mere potuiſſet.tamē ipe xp̄s ⁊ mater eius vi
debat fructū paſſiōis paucos debere ꝯſequi
ꝓpter ignauiā ⁊ igratitudinē. Sicut em̄ ex
magno lucro quod q̄s videt ſe ꝯſequi ex ſuo
labore:multū gaudet ⁊ ꝯſolat'.ita econtra cū
aliq̄s maximo labore affligit' ꝑ acq̄ſitiōe ali/
cuius rei ⁊ videt ſe modicū fructū poſſe ꝯſeq̄
valde cōtriſtat'. Quapropter xp̄us vidēs ꝙ
multi ſunt ꝑ paſſionē ſuā redēpti quo ad ip
ſum:⁊ ad celeſtē patriā vocati.pauci ṽo ſal/
uabunt' ꝓpt' eoꝝ malignitatē:dicebat illud
Michee.vij. Ve mihi:qꝛ factus ſum ſicut
qui colligit racemū in autumno. Nā vinde
miata vinea nō repit' niſi aliq̄s paruus race
mus. Et ſil'iter chriſtꝰ paucos colligebat ra/
cemos:id eſt paucos ad fidem ſuā cōuerſos
ex paſſione ſua. Unus racemꝰ fuit latro cō/
uerſus.alius ṽo cēturio qui eū filiū dei eſt cō
feſſus:vt habet' Mat.xxvij. Mar.xv.⁊ Lu
ce.xxiij. Jh̄s igit' ſciēs oīa q̄ ventura erāt Jo.
xviij.vidēs quod priuabant' merito paſſio/
nis ſue:⁊ ſic vita eterna:dolore tam maximo
cruciabat' ꝙ poterat dici quaſi infinitus:tū
quia numerꝰ dānandoꝝ qui ꝑuabunt' meri
to paſſiōis ſue dicit' infinitꝰ quo ad nos:tuꝫ
qꝛ priuādi ſunt vita eterna ⁊ infinita:tū q̄a
dolor dānandoꝝ erit infinitꝰ ⁊ eternꝰ.vnde
Amb inq̄t de dn̄o ieſu. Triſtis erat ⁊ triſtis
videbat' nō ꝑ ſua paſſiōe ſed ꝑ noſtra diſper
ſione. Fuit ḡ dolor ipiꝰ ex conſideratiōe igra

R
Xp̄s ſcꝫ
paſce ad
didit do
lori xp̄i

S
Locꝰ vilꝛ

T
Fruſtra/
tio paſſi/
onis ad/
didit do/
lorem

titudis hūane ⁊ paucitatꝫ ſaluandoꝝ maioꝛ
ꝙ̄ cruciat⁹ flagellatiōis ⁊ crucifixiōis ac moꝛ
tis coꝛꝑalis. Item em̄ inq̄t Tho. ſup. iij. phiſi
coꝝ. ex ꝑditōe finis magis augetꝰ doloꝛ ꝙ̄ ex
ꝑditōe coꝝ q̄ ſunt ad finē. Nā videm⁹ ꝙ qñ
aliq̄s ꝑ totū annū exudauit ad laboꝛanduꝫ
agꝝ ſeu vineā: ſi poſtea veniat tempeſtas ſeu
pruina auferēs fruct⁹ cāpi aut vinū: talꝭ gra/
uius de hoc dolet ꝙ̄ de laboꝛe ⁊ ſudoꝛe totius
āni. Quo ꝓſuppoſito claꝝ eſt ꝙ xp̄s h̄ fine vo
luit crucifigi: ⁊ ad h̄ elegit ī cruce ſuſpēdi: iuxꝰ
illḋ Job. vij. Suſpēdiū elegit ſibi aīa mea:
vt. ſ. oēs homīes grati exiſterēt de tāto bñfi/
cio ⁊ ſaluarētꝰ. Et iō cū videret aīas futuras
ingratiſſimas ⁊ priuādas merito paſſiōis ſue
magis doluit ꝙ̄ de crucifixiōe. Videm⁹ nā/
ꝙ̄ ꝙ mercatoꝛ q̄ toto tēꝑe vite ſue inſudauit
ad ꝯgregādas merces. xxv. miliū ducatoꝝ
ſi poſtea veniat in mari tempeſtas que nauē
cū mercib⁹ ſubmergat: tātū in ſe doloꝛē ſuſci/
pit quātū extimauerat valoꝛē ipaꝝ merciū.
Cū igitꝰ fili⁹ ꝟginis vt prudēs mercatoꝛ ſpa
cio. 33. annoꝝ ſꝑ inſudauerit ꝑ ſalute huma/
ni generꝫ. vidēs ꝓpꝰ ingratitudinē ꝑdi ⁊ iua/
nū effundi ꝓciosum ſanguinē ſuū q̄ ad dam
nādos: vehemētiſſime doluit. Vñ btūs Bo
na. in. iij. di. xvj. ar. vl. q. vl. itroducit dictū
Philippi cācellarij pariſieñ. q̄ in ꝑſona xp̄i
inq̄t. O hō vide q̄ ꝑ te patioꝛ: nō eſt doloꝛ ſi
cut quo crucioꝛ. ad te clamo qui ꝑ te moꝛioꝛ
vide penas q̄b⁹ afficioꝛ. vide clauos q̄b⁹ con/
fodioꝛ. vide lāceā cū qua trāſfigoꝛ. Et cū ſit
tantus doloꝛ exterioꝛ: extat interi⁹ planctus
ꝑgrauioꝛ: te cū ingratū tātū experioꝛ. Propꝰ
ꝑdictas aūt oēs afflictiones dicebat ipe fili⁹
ꝟginis illḋ pſ. xxxvij. Afflict⁹ ſum ⁊ hūilia/
tus ſum nimis. Ipa aūt mr̄ eius doloꝛatiſſi/
ma exclamabat dicēs illud Treñ. j. O vos
oēs q̄ trāſitꝫ ꝑ viā attēdite ⁊ videte ſi ē doloꝛ
ſicut doloꝛ me⁹. Fili⁹ em̄ cognoſcebat doloꝛē
mr̄is ex ſui cōpaſſiōe: ⁊ magꝫ dolebat de h̄ ꝙ̄
de ſua paſſiōe. btā ꝟgo cognoſcebat imēſita/
tē doloꝝ q̄ patiebatꝰ fili⁹. ⁊ etiā cognoſcebat ꝙ
ille magꝫ dolebat de mr̄is afflictiōe ꝙ̄ de ꝓꝑa
afflictiōe. ⁊ ꝓpꝰ h̄ vn⁹ alteri cōicabat doloꝛeꝫ
ſuū: ⁊ magꝫ affligebatꝰ vnuſq̄ſqꝫ coꝝ ex dolo
re alteri⁹ ꝙ̄ ex ꝓꝑo. ⁊ ſic doloꝛ vnius gladia/
bat ⁊ penetrabat coꝛ alteri⁹: vt ait Hugo pā/
cera i meditatōib⁹ paſſiōis xp̄i. ¶ Scḋo ꝑn
cipalitꝰ dico ꝙ piiſſima ꝟgo marie anguſtia/
ta fuit: ⁊ igētes doloꝛes ſuſtinuit. v. alijs rō/
nib⁹. Prio qꝛ mulier erat. ſcḋo qꝛ vnigeniti
mr̄ erat. tertio qꝛ p̄ſs erat. q̄rto qꝛ ipꝫ ſūme
diligebat. q̄nto qꝛ cū iuuare nō poterat. Pri/

V Mariaꝫ marie do/luit pro/pter. v.

mo aūt doluit qꝛ mulier erat. Naturalꝛr em̄
mulieres magis cōpatiuntꝰ tribulatꝫ ꝙ̄ viri
vñ mulier dꝛ q̄ſi molier a mollicie ſic dicta.
mutata lr̄a. vt ait Varro: quē refert Lactā/
tius in li. de opificio dei. c. xij. Ideo ſm̄ ph̄m ī
li. viij. de animalib⁹. Mulieres ſūt mollio/
res ⁊ maioris pietatꝫ ⁊ compaſſiōis ꝙ̄ viri.
vnde mater magꝫ dolet de aduerſitate ⁊ moꝛ
te filij ꝙ̄ pr̄. Nulla autē mulier vnq̄ꝫ fuit ſic
pia ⁊ cōpaſſiua ſicut ꝟgo piiſſima. ergo nul
la vnq̄ꝫ ſic fuit afflicta ex moꝛte filij ſicut ipa
Scḋo maxime doluit: qꝛ vnigeniti mr̄ erat
Si em̄ alios filios habuiſſet ſup eis cōſola/
ta aliq̄ntulū fuiſſet. ſꝫ amiſſio vnigeniti eſt
nimiū doloꝛoſa. vñ ſcꝑtura q̄ñ vult exꝑmere
aliquē luctū multū doloꝛoſum: aſſimilat euꝫ
luctui vnigeniti. vñ Hiere. vj. dicitꝰ. Luctū
vnigeniti fac tibi plāctū amaꝝ. vbi glo. ait.
Nihil dolēti⁹ vnigeniti moꝛte. ⁊ iō qꝛ doloꝛ
dānatoꝝ erit grauiſſim⁹. iō dꝛ Amos. viij.
Ponā eā q̄ſi luctū vnigeniti. ſ. ſolatia mun
danoꝝ. Sic igitꝰ amoꝛ vnigeniti excedit ali/
os amoꝛes. vñ maximi amoꝛes cōpantꝰ amo/
ri vnigeniti: iuxꝰ illḋ. ij. R. j. Sicut mr̄ vnicū fi
liū diligit ſic diligeba te. Ita nō ē doloꝛ ma/
ioꝛ ꝙ̄ de moꝛte ipi⁹. Quā mag̃ etiā ſit pena de
amiſſiōe vnigeniti vel oīm filioꝝ ſimul: q̄ḋ
ad idē tēdit: patet Job. j. vbi iob audiēdo ꝙ
oīa bona ſua tꝑalia ꝑdiderat: ñ oñdit ſigna
doloꝛꝫ: ſꝫ audita moꝛte filioꝝ ſcidit veſtimē/
ta ſua ꝓpꝰ vehemētiā doloꝛꝫ: ⁊ tonſo capite
coꝛruit ī terrā. Tertio marie doluit qꝛ p̄ſens
erat ⁊ filiū ſuuꝫ affligi videbat. Qñ em̄ aliq̄
mr̄ audit filiū ſuū moꝛtuū mltū dolet. qñ āt
audit eū hoꝛribili moꝛte occiſum magis do
let. ſed qñ añ oculos ſuos cernit ipum crude
liſſime mactari: tūc maxime dolet. Vera eſt
em̄ ſñia illa Oracij in poetria dicētis. Se/
gni⁹ irritāt aīos demiſſa ꝑ aures. Quā q̄ ſūt
oculis ſubiecta fidelib⁹. Et illud ph̄i in. ij. de
anima. ſ. potentia ꝓpinqua melius percipit
obiectū ꝙ̄ remota. Virgo igitꝰ piiſſima vi/
dens ſuū benedictū filiū pati penā ignomi/
nioſam. de qua dixerūt iudei Sap. ij. Moꝛ
te turpiſſima condēnem⁹ eū. Item penā diu
turnā. qꝛ ab illa hoꝛa noctꝫ qua capt⁹ eſt vſqꝫ
ad hoꝛā nonā in qua expirauit in ſupplicijs
⁊ doloꝛib⁹ ſemꝑ fuit. Itē penā iniuſtā. qꝛ ſic
dicitꝰ. j. Petri. ij. Peccatū nō fecit: nec inuē/
tus eſt dolus in oꝛe eius. Tradebat autē iu
dicanti ſe iniuſte. Item pena doloꝛoſiſſima ⁊
acerbiſſima ineffabiliter cruciabatꝰ. vñ Hie/
ro. in q̄dā ſmone ait. Quot leſiōes in coꝛpe
xp̄i: tot vulnera in coꝛde mr̄is quot claui ꝑfo

tātes.q̄t ictꝰ ꝑcutiētes ⁊ carnē rūpētes.tot ſa/
gitte ꝑ oculos ītrātes ⁊ totū cor ⁊ aīam ꝟgis
vulnerātes. Quarto cauſabat̄ in ea maximꝰ
dolor ꝓpt̄ imēſuȝ amorē erga eū. Scd̄m em̄
doct̄. ꝟgo bn̄dicta ſola magis dilexit xp̄m q̄ȝ
ſil' oēs creat̄e.⁊ iō ipa dicebat Can.ij. Amo
re langueo. Cū ḡ amor ſit ꝟtus trāſformati/
ua amātis cū amato.vt ait Diony.in lib.de
di.no. Cū xp̄s doluerit ſup̄ id qd̄ ligua hūa/
na exp̄mere pt̄.⁊ mīma ꝑcuſſura facta in cor
pore eiꝰ excesſerit paſſiōes q̄s paſſi ſt̄ vl' in fu
turū patient̄ aliq̄ ī hac vita.ḡ cū amās debeat
ꝑticipare ⁊ ſentire ita incōmoda ſicͭ cōmoda
amici:vt no.ī.l.itē ex diuiſo.ī fi.ff.fa.her. Cū
q̄ȝ amicꝰ ſe debeat hr̄e ad amicū ſicͭ ad ſeipum
vt ait phs.ix.eth.q2 amicꝰ eſt alter ipe:vt in
quit Tulliꝰ in li.de amicicia.cōcludit̄ q̄ pijſſi
ma ꝟgo indicibili dolore afflicta fuit. Tāto
em̄ q̄s magis triſtat̄ de morte alicuiꝰ:quāto
eū plus diligebat:⁊ ei magis vtilis ⁊ fidelis
erat. Vn̄ magis q̄s dolet de morte filij iuue/
nis prudētis pulcri ſapiēt̄ȝ ⁊ ſibi obedientis
ac reuerētis:q̄ȝ de obitu alteriꝰ has ꝯditōes
nō habent̄ȝ. Quia ergo ꝟgo bn̄dicta amitte/
bat filiū optimū ⁊ oēs p̄dictas ꝯditiōes ī ſū/
mo habēte ⁊ ſe ſūmopere diligentē.vn̄ Ecci
xxiiij.appellat̄ mater pulcre dilectiōis. Itē
filiū ꝑdebat ſibi iam reuerentē.vn̄ ibidē dr̄.
mater timoris. Filiū q̄ȝ eā in cruce pio affe/
ctu agnoſcentē.vn̄ in codē.c.appellat̄ mater
agnitiōis. Item filiū ei piū ⁊ clemētē.vn̄ vbi
ſupra dicit̄.mater ſancte ſpei. Ideo maior fu
it dolor q̄ȝ quis exp̄mere vel cogitare valeat.
vn̄ exclamabat dicēs illud Hiere.ix. Quis
dabit capiti meo aquas:⁊ oculis meis fontē
lacrimaꝝ:⁊ plorabo die ac nocte filiū meum
Nec mirū ſi ipſa bn̄dicta virgo pietate ⁊ ca/
ritate repletiſſima tantū dolorē ſenſit de mor
te dilectiſſimi filij:cū etiā quelibet mater cō/
muniter magis diligat filiū q̄ȝ ſeipam:vt in
quit glo.in.l.videamꝰ.ff.de iureiu.⁊ in.l.iſti
q̄dē.ī fi.ꝑ illū textū.ff.qd̄ me.cā.⁊ iđo potiꝰ
vellet mori ipa q̄ȝ filiū.ſicut faciebat Peno/
lepe dicēs illud qd̄ ponit Oui.in epiſtolis.
Dij ꝑcor hoc iubeāt vt eūtibꝰ ordīe fatis Il/
le meos oculos cōp̄mat:ille tuos. Deſidera/
bat em̄ ipa prius mori cū viro ſuo q̄ȝ Thele/
machus filiꝰ ſuꝰ. Quid ḡ debebat facere ipſa
ꝟgo ſctiſſima? Et ſi filiꝰ ſtultꝰ meſticia ē mr̄is
ſue: Prou.x.q2 mater dolet de demētia etiam
naturali filij ſui.ſ.q̄ patiat̄ h̄ vituꝑiū.q̄d de
bebat agere mr̄ pijſſima videns ſapiētiſſimū
filiū ſuū tanq̄ȝ ſtultiſſimū ab oībus deſpici et
illudi? Quinto ſumme dolebat:q2 ipȝ iuua/
re nō poterat. Magna em̄ ꝯſolatio mr̄i q̄n̄
filiū in ſua morte oſculari ⁊ amplecti ac adiu
uare pōt. Hec aūt meſtiſſima mr̄ in nullo fi
liū ſuū poterat adiuuare. Audiebat ip̄m di
centē Sitio: Joh.xix.⁊ nō valebat ei potum
porrigere. Videbat eū vulneribus plenū:⁊
nō pot̄at vulnera alligare. Cōſpiciebat ip̄m
ſanguīe irrigatū:nec valebat lītheo abſterge
re. Caput male tenētē:nec poterat ſuſtētare.
Ip̄m cernebat in cruce flētē:nec valebat ꝯſo
lari. Videbat ſanguinē eiꝰ in terra fluentē ⁊
n̄ pot̄at recolligere. Cōſpiciebat ip̄m luto ac
īmūdicijs repletū:nec valebat mūdificare.
Videbat eū expirare:nec poterat oſculari vl'
de cruce deponere. Vn̄ dicere poterat illud. I
Re.j. Mulier īfelix nimis ego ſum. Cū em̄
diſcipuli fugiſſent:nō hēbat adiutores vl' cō
ſiliatores in tāt̄ȝ anxietatibꝰ. vn̄ dicere pote
rat illd̄ Ecci.lj. Reſpiciēs erā ad auxiliū ho
minū ⁊ n̄ erat. Nō ēc hēbat ꝯſolatores.vn̄d̄
dicere pot̄at cū ps̄. Suſtinui q̄ ſil' cōtriſtare
tur ⁊ nō fuit ⁊c. Et iteꝝ dicebat deo cū eodē
ꝓpheta. Elōgaſti a me amicū ⁊ p̄ximū:⁊ no
tos meos a miſeria. Et illud Job.xix. Dere
liq̄rūt me ꝓpinq̄ mei:⁊ q̄ me nouerūt obliti
ſunt mei. Exclamabat aūt beata ꝟgo cernēs
tāta dilectiſſimi filij ſui tormēta.⁊ dicebat il
lud Bern̄.in ſer.de paſſiōe dn̄i. Caput ange
licis tremebūdū ſpiritibꝰ denſitate ſpinarū
pungit̄. Facies pulchra pre filijs hoīm ſputꝭ
iudeoꝝ deturpat̄. Oculi lucidiores ſole cali/
gant̄ in morte. Aures q̄ in celo audiūt ange
licos cantꝰ:audiūt pctoꝝ inſultꝰ. Os qd̄ do
cet angelos felle ⁊ aceto potat̄ Pedes q̄ꝝ ſca
bellū adorat̄ cruci clauo affigunt̄. Manꝰ q̄
formauerūt celos ſunt in cruce extenſe ⁊ cla/
uis affixe. Corpꝰ ꝟberat̄:latꝰ lācea ꝑforat̄. Et
q̄d plura? Nō remāſit ī eo niſi vt ꝓ pctōribꝰ
exoraret: Cu.xxiij. De his afflictiōibꝰ beate
ꝟginis loquēs Aug̃.ſer.viij.de paſſiōe dn̄i
ait. Iuxta crucē ſtabat maria ꝯſiderās vultu
benigno xp̄m pendētē in crucis patibulo pe/
dibus īnitēs manus leuabat:amplexās cru/
cem:ruens in oſcula eiꝰ:qua p̄te ſanguis xp̄i
vnda rigabat vt xp̄m valeret amplecti cum
nō pot̄at:ſurſum volebat aſcēdere. Sperat
amor nōnūq̄ȝ q̄ raro fieri pn̄t. Sibi cedere
cūcta amor īpatiēs credit Volebat amplectī
xp̄m ī altū pēdētē:ſȝ manꝰ fruſtra ī ſe copioſe
redibāt.ſe leuās ſurſum e terra erigebat ad
xp̄m.⁊ cū tāgere eū neq̄bat manu collidebat
ad terrā.⁊ p̄ſtrata iacebat īmēſitate doloris
dep̄ſſa:ſȝ eā erigere magna vis amoris īmēſā
cōpellebat:īpetu amorꝭ ſurgebat intēſi q̄ ma

nibus cupiebat attractare xp̄m. Cū ꝟovis nō
eēt deuicta dolore terrā iterū petere cogebatꝛ.
hec ille. Et q̄d mirū ſi pijſſima ꝟgo dolebat ⁊
flebat ī vnigeniti ſui morte cui cōpatiebantꝛ
oēs creature. vn̄ metrice dr̄. Li angeli del ce/
lo piāgon amaramēte. El mūdo ſe cōturba:
La tra he ī tremore. Lo ſole obſcurato mon
ſtraſſe dolēte. De la crudel morte del ſuo crea
tore. Spezate ſon le petre: apte le ſepulture.
Per che lhe morto xp̄o in tāte pene dure.

x Maria doluit in circūſiōe chriſti

Pars tertia huiꝰ ſmōis q̄ dr̄ m̄ltiplicitatis
Multiplicitꝛ ꝟgo gl'ioſa in hac vita
fuit dolorībꝰ plena. Prio ī circūci
ſiōe filij. Ipe em̄ bn̄dictꝰ filiꝰ eius
ih̄s ſicut prudēs mercator volens
emere naturā hūanā p̄cio ſui ſanguis: vt de
nobis poſſet dici illō .j. Pe. j. Nō corrupti
bili auro vel argēto redēpti eſtis: ſed p̄cioſo
ſanguie ih̄u xp̄i. in circūciſiōe ſua cepit effun
dere ſanguinē ſuū in arrā p̄cij ī die paſceues
ſup bāchū cruc̄ integralitꝛ p̄ſoluēdi. Bonꝰ em̄
mercator q̄ aliq̄d emit p̄mo dat arrā ī ſignū
rei empte: ⁊ poſtea facit plenā ſolutiōꝫ. ⁊ ſilr̄
xp̄s ī circūciſiōe effundēs ſuū ſacrū ſanguinē
fec̄ p̄ncipiū nr̄e redēptiōis: ⁊ cepit apire por
tā padiſi. Ut ei ait Hiero. Sāguis xp̄i cla/
uis ē padiſi. Debet igitꝛ q̄libet fidelis ei cōpati:
sciēs q̄ maximū dolorē ī ipa ſanguis effuſiōe
ſentiebat. Ut em̄ ſcriptū eſt Leui. xvij. Aia
oīs carnis ī ſanguie eſt. Cogita ḡ o aīa deuo/
ta quāto dolore debebat cruciari virgo pijſſi
ma. Aliq̄ aūt dicūt q̄ ipa nō erat p̄ñs circūci
ſiōi filij: ſed ibi ꝓpe diuerſoriū fuit circūciſus
q̄r mr̄ nō potuiſſet videre cruciari filiū ſuū ⁊
carnē eiꝰ tenerrimā incidi. Sꝫ tn̄ audiebat
vocē filij lacrimātis ⁊ vagiētis ex dolore. vn̄
cū lacrimis exclamat dicēs. O fili mi chariſ/
ſime q̄zcito icipis pati ⁊ cruciari. Alij ꝟo di/
cūt q̄ erat p̄ñs. vn̄ credēdū ē q̄ ingēti dolore
afflicta eſt vidēs icidi carnē illā delicatiſſimā
ac paſſibilē in ſūmo rōne delicatiſſime cōple/
xiōis ⁊ teneritudis cū eēt ſolū octo dierū. Exi
ſtimo aūt q̄ ipe dulcis puulꝰ ī tātis dolorībꝰ et
tormētis ſuis aſpiciebat mr̄ez: ⁊ lacrimoſis vo
cibꝰ extēſiſq̄ brachijs ī matno ſinu foueri an
helabat. Ipa ꝟo cū flente filio amaras fun/
dēs lacrimas: cū q̄zcū poterat conſolari ſata
gebat. O maria q̄d facies in mōte caluarie:
q̄d ages cū filiū tuū videbis occiſum ī cruc̄
patibulo nō parū de ſanguine effundētē. ſed
ex q̄nq̄ latis vulnerībꝰ riuos ſanguis emit/
tētē: Deſine nūc flere: expecta diē mortis ſue.
Iſta tn̄ initia fuerūt tuorū dolorū. Circūciſo
aūt filio ipm ī brachijs ſuis pia ꝟgo ꝓtinus
accepit: eūq̄ ſuauitꝛ amplexata eſt ⁊ oſculata:
atq̄ lacrimis ex cōpaſſiōe emanātibꝰ vultū
eiꝰ irrigauit. ⁊ ipa ſilr̄iter lacrimis filij ſui ge
nas ſuas madefecit. eiq̄ mām̄as (vt eiꝰ dolo
rē aliq̄litꝛ mitigaret ſeu alteraret) ſuggēdas
ꝓpinauit. ſꝫ tn̄ a fletu cōtinere non valebat.
Cui benignꝰ filiꝰ vt flere deſiſteret annuebat
ipe tn̄ ex dolore inciſure lacrimas emittebat
Ꝟrā aūt ꝟgo ei dicebat. Ceſſa tu fili flere et
ego etiā ceſſabo: nō em̄ valeo lacrias ꝯtinere
cū video te plorare. ¶ Scd̄o doluit btiſſima

y Maria doluit in ꝑegrinatione egyptiaca

ꝟgo ī egyptiaca ꝑegriatōe: qn̄. ſ. vt hr̄ Mat
thei. j. ꝓpt herodis futurā ꝑſecutōꝫ necē ha
buit fugere ī egyptū. ſic angelꝰ ī ſōnis admo
nuit ioſeph. Poſſumꝰ ei deuote meditari q̄
ioſeph ex ſōno ꝯſurgēs nō ſine amaritudie di
xit ſpōſe ſue ꝟgi bn̄dicte. O ꝟgo dulciſſima
fugiamꝰ repēte. q̄r herodes filiū tuū ꝑdere q̄
rit. O q̄ztꝰ timor tūc ꝟgineā mētē iuaſit: q̄ztꝰ
ve dolor cor ipius benigniſſimū penetrauit.
Puto em̄ q̄ ſine mora filiū ī brachijs ſuſcipi
ens lacrimātibꝰ oculis ipa delicata puella cū
ipo ioſeph ad deſerta iter arripuit. Cōtēpla/
re nūc aīa deuota: q̄t noctes duxerit ī ſōnes: q̄t
vicibꝰ ſitis eſtuabāt ardore: q̄tiēs ⁊ abſq̄ cibo
nocte vigilauerit ī heremo tiore latronū ⁊ fe/
rarū. Cōpatere aīa deuota puerulo filio ꝟgis
ſic ꝑegrināti ⁊ exulāti. cōpatere et mr̄i eiꝰ q̄
ī illa vaſta ſolitudie nūc terretꝛ: nūc tremit nc
faciē ipiꝰ lacrīs rigat: nunc eū adorat. nūc eiꝰ
deflet penalitates. o ſi poſſibile eēt āguſtias ꝟ
gis q̄s paſſa ē ī eūdo ī egyptū ⁊ manēdo ibi
p. vij. ānos. q̄ſq̄ necitates paſſa fuerit intꝛ il
los idolatras egyptiacos. q̄s et afflictiōes ꝑ
peſſa ſit in redeūdo pꝰ ſeptēniū ꝑ illa deſerta
⁊ ꝑiculoſa loca cū puulo ieſu ſeptēni. p̄fecto
a lacrimis nō poſſemꝰ abſtinere. De hac aūt
ꝑegrinatōe loq̄ns mgr̄ Ioh. gerſon ī ſua Io

Carmia ioſephia gerſonis

ſephina inq̄t. Mēbra ioſeph ſomno recreatꝛ
defeſſa labore Corde vigil: iuſſa q̄ nūciat an/
gelꝰ audit Triſtia. ſurge ioſeph fili dd̄: acci/
pe mr̄ez Cū puero: fuge: neu tardes: egyptia
rura Feſtinꝰ pete: nā puerū trux q̄rꝫ herodes
Perdere. mox ſpōſꝰ hūili ſtratu exilit. atq̄
Uirgineū ſponſe thalamū meſtiſſimꝰ intrat
Forte maria ih̄m quē cunis ſomnꝰ habebat.
Tūc vigili blāde cura deuota fouebat Ut vi
dit ſpōſū cui nō mos nocte veire: Inſtātis p̄la
ga mali ꝯclamitat. o vir Cn q̄d id ē: q̄d hēs
q̄ fert te ſors rogo pande: Heu heu: ſurge ci
to: puerū rape: q̄ritꝛ infans. Per dī credi mi/
hi: ꝑ reges dirus herodes. Se dolet illuſum
ꝓpera: modo nūcius alto Demiſſus celo iuſ
ſit. nec fingo repente Sic fieri: tibi tunc an

mi q̄d ꝟgo fuiſſe Crediderī: noua tē iuueniſ
qꝫ puerpa paup Simplex ſueta domi regio
nū neſcia. tales Tere dū voces vrgēt: ſꝫ fiſa
deo. mox Cōploſis manibꝰ lacrimiſqꝫ ꝑ ora
volutꝭ. Triſtꝭ vtrūqꝫ genu an̄ ip̄a cunabula
nati Flectēs te ſternis ſtupido fixoqꝫ parūꝑ
Heres ītuitu: quē ꝯtēplata benigne Pluria
corde gemis. tādē ꝓrūpis amaro Suſpirās
aīo. q̄d amor meꝰ o tener īfans Ac vteri dele
cte mei: q̄d tu: q̄d agemꝰ: Iſte tuus cuſtos ꝛ
ego q̄ p̄te feremꝰ: Quale patebit iter: vbi ſꝭ
gabriel tua dudū Nūcia dicta mihi: dn̄s ſe
dē dd̄ illi crede dabit, iacob ip̄e domo regbit
ī euū. En it ī exiliū: flēdi cariſſima n̄ ē Hora
mō: vir ꝓtulit anxiꝰ effugiēdū: Parendūqꝫ
dei iuſſis: reduce bene ſpa Promiſit puerꝫ et
faciet: qꝛ dux via vita ē. Eritꝰ his īfans oculꝭ
qꝫ ſerenꝰ aptꝭ: Iocūdo viſus riſu cogſcere ma
trē Tūc aīm ſtrixit tenere pietatꝭ imago Vir
gineū gladiꝰ ꝑtrāſijt itia cordis. Mox ruit
ī faciē pueri. ſuauiſſime fili Acriꝰ exclamitat
ſingultās mr̄ abire Ac migꝛe ſtati: notos pa/
triaqꝫ lareſqꝫ Linqre feſtini cogimur: n̄ nr̄a
volūtas Sꝫ dn̄i fiat ꝯiūx dilecta ioſeph vir
Srādeuꝰ replicat: lacta: cuniſqꝫ reſolue In/
fātē pānis īuoluēs. nr̄ aſellꝰ A me ſterneꝭ ge/
rulꝰ pueriqꝫ tuiqꝫ. Nec mora: nocte fugā ca/
piūt clā: claqꝫ recedūt Oſtiolꝭ pꝰ ſe clauſ: nul
laſqꝫ ſalutes: Nulla vale tota vicinia cara re
cepit. Mirādū maiꝰ intꝭ ſpectacula q̄le Con
ſpicies aīa: caſus nūq̄d fuit alꝭ Aſpiorꝭ: ſum
maqꝫ magꝭ pietate ſtupēdꝰ. Ergo cōpatere
ſalte: ꝑ cuiꝰ amore Deſit h: deꝰ eſt fugitiuꝰ ꝛ
aduena ꝑ te Virgo tenella: ioſeph ḡuis euo
virqꝫ bimeſtrꝭ Infans: igta pagrat: ac dura
viarꝫ Sat ꝑcul exierāt a nazareth: haud ſi
ne mlꝭto Cōtinnoqꝫ metu. neu q̄s ſentiret eū
tes Sine pedū ſtrepitu: ſeu flentꝭ ad vbera
mr̄is Vagitu pueri. vlꝭ ab occurſu vigilātū.
Aut aſini ruditu: latratu ve canino. Verti/
ce mōticuli faciē ꝯūſa retorſit Virgo ſuā: filꝭ
ip̄e ioſeph: deuotꝰ vterqꝫ Subſtitit: inde do
mū villā tēplūqꝫ ſalutāt ꝛc. Dulce vale nata
le ſolū: valeāt ꝛ amici. Tuqꝫ hierlꝭymis ī ſyō
ꝟtice tēplū Dixerat. hinc cederes piꝭ ioſeph
atqꝫ maria Cōtorqnt greſſus: ꝛ ſemita cepta
teneꝭ ꝛc. Veſpa deſeſſos ābos aſinū q̄ꝫ laſſū
Sera domi locat: ī q̄ diūticula ville Cōmo/
diora ioſeph reputauit: ptinꝰ vlnis Excepit
puerꝫ ꝓprijs terreqꝫ reclinat. Ipſe ſinu mr̄is
ereptꝰ vagit. ꝛ ide Vir dat opē dn̄e ſatagēs
deſcēdat aſello Collapſu facili: hoſpes dat ſta
bulū paleaſqꝫ. Augent ligna focum: gremio
mox ꝟgo receptū Faſciolꝭ euoluēs infantem
igne manuqꝫ Blāda ꝯtrectās refouet ꝛc. Et
j. Lux orīꝭ: ſurgūt īcedūt limite cepto Poſt
iter emēſū duri mlꝭtiqꝫ laborꝭ Deꝑcul īſpiciꝭ
q̄ſiti terra canopi. Hinc horror ſbitꝰ ambo rꝫ
corda pauorqꝫ Cōcutit. ip̄a lꝫ mēs incōcuſſa
reſiſtat Vir ꝓr alloquiꝭ ſponſā cogſco deco
ra Q, ſis o dn̄a: gēs iſta libidine feruēs Fe
dis vrgeꝭ ſtimulꝭ. ſi ſciuerit vxor Q, mea ſis
mihi q̄d niſi mors o virgo paꝭ: Atqꝫ pudici
cie tibi diſcrimē. pharaonis Ducet ad aſpe
ctū mox te manꝰ improba ſerui Sors indi/
gna nimis. nos o tibi q̄d faciemꝰ Blāde pu/
er: fugimus neu te vnum perdat herodes
Deſerimus dulceſqꝫ lares charoſqꝫ ꝓpinq̄s
Ecce ꝙ irruimꝰ in tata ꝑicula ſoli Ignoti at
qꝫ inopes: lingue ignari: deꝰ alme Nobis q̄d
facere voluiſti: q̄ſo maria Filia dic mea ſis.
hoc etas credere verꝫ Suadebit: reliquū au
xilio cōmitto ſupno. Iure q̄dē dilecte ioſeph
nobis ita ſemꝑ Sperādū: ſicca lacrimas: tre
pidꝰ pauor abſit Virgo refert. nōne memo/
ri nos mente tenemꝰ Fratris ꝑce miracula:
qualiꝭ abram: Qualiter ꝛ ſarā dn̄s ſaluauit
ꝛ auxit. Eſt oportuno ꝓtector tp̄e ſūmus ꝛc.
Et. j. Plurimꝰ hinc aditu explorator quoli
bet aſtat Inuigilans: gentēqꝫ locūqꝫ reqrere
ſolers Dū penetrare ſuos aliq̄s vult aduena
fines Scire volens vbi nā ꝟgo peperiſſe re
ferꝭ ꝛc. Pone metū dn̄a: dixit cui copia fan/
di Prima fuit: faciē regꝭ viſura: beatā Te re
puta: tm̄ dic qua regiōe veniſtꝭ. O bone vir
ꝯiunx ne tua hec vel filia fare. Quis paꝭ in/
fantis: q̄ formoſiſſimꝰ alto Sanguine ſe na/
tū vultꝰ ſplendore fateꝭ. Pauca ioſeph ḡra/
qꝫ refert doctiſſimꝰ heros. Vobis mēphitici
nullas impēdere dignas Sufficimꝰ grates
quorꝫ dignatio tantū Pandit in occurſu ꝓ
mo ſolamē opēqꝫ Iſrlꝭ a terra nos ſors īfeſta
coegit Has oras petere: infelix quā cernitis
huiꝰ Infantis mater mihi filia ſola relicta ē
Nāqꝫ pater pueri reſidet regiōe remota. Fa
ma loquax aulā regis cito garrula totā Egy
pti īpleuit celebri veniſſe puellā Urbe hiero/
ſolyma cuiꝰ decor atqꝫ venuſtas Tāta erat vt
nil vltra cetꝰ clamitat oīs. Ergo ſtati veniat
veniat videaꝭ adoret Regē: ſicqꝫ ſuis vxoribꝰ
ānumerata. Urbis īgreſſu certati cura videē
di Cōglomerat ꝑplos. variāt hi ꝟba viciſſī
Hi nutꝰ ad regē: alij comitanꝭ eūtes. Corā
q̄ poſiti tu ꝟgo ioſephqꝫ puerqꝫ Poplicibꝰ
flexis ſolidos defertis honores. Sit lꝫ ido/
latra: ſit flagitioſus: in ip̄o Solꝰ adoraꝭ deꝰ:
a q̄ cūcta ꝑtās. At rex cōtēplatus eos. inter/
ꝑtete lingua Multa petit: cauſaſqꝫ vie ſor/

tē:gen⁹:ortū. Si q̄ ꝑtea ꝟgo ꝑpiſſꝫ hebrea:
Uirgo ſilꝫ d̄miſſo oc̄lo ꝟbū capit herolſ Grā
deu⁹ ſcūſꝗ mouꝫ ſua ſpūs ora Rex i ſempit
nū viue:ſal⁹ tibi q̄ nos Afflictos iopes oc̄lo
ſpectare beniḡ Dignarꝫ. tua ſit q̄ cōdidit oīa
merces. Eſt nob o rex tell⁹ galilea ꝑpago. Fer
tilis ⁊ diues fuit:i q nobile regnū: Reges iſt
gnes:ſꝫ nil mortalib⁹ vſꝗ Tutū vl' ſtabile ē
alienigēo dn̄atu Nūc ꝑmit. dicūt. tn̄ his ora
cula vatū Regē vētuꝝ ꝑſcoꝝ ex ſāguie regū
Quoꝝ ꝑcipui dd ⁊ ſalomō nūerant. Quos
genuere p̄res abraā iſaacꝗ iacobꝗ Hec cui
ꝑdiues oli fuit hoſpita t̄ra Ad ſortē. ſꝫ rex ve
nio:q̄ ꝯpulit iſtā. Et me cū puero fugitare fe
rocꝫ herodis Impiū:q̄ cūcta timēs deſeuit in
oēs. Et mō dū regnet ꝯfundit faſꝗ nefaſꝗ
H⁹ obide p̄r iſantꝫ cedere iuſſit Hāc miſerā
me dās comitē pere. moleſtū ⁊c. Aufugi⁹ no
ctu ꝑ tot diſcrimia rex. Tot varios caſus de⁹
huc nos appulit o rex Ergo tuū ꝑ ſceptꝝ et
maieſtatꝫ aſylū. Regia ꝑſi iā clemētia cepit
egenos Atꝗ ꝑegrinos miti tractare fauore
Rex fert opēꝑfugꝫ. petit hāc iſāntul⁹ iſte Cū gēi
tu petit hāc noua nupta pu͛pa paup. Nlli
nos erim⁹ oneri:panē neꝗ ḡtis. Sꝫ ꝑtū ꝑꝑ
is māib⁹ q̄ſiſſe volūtas. Rex iubet extēplo dē
dom⁹ ⁊ loc⁹ apt⁹ Nil duꝝ fiat: vis nll'a: iiuria
nll'a Porro mēoꝝ repetit:pt⁹ ſi ꝟgis vll⁹ In
iuda iūit. ita ꝟbū tēpat heros Ut neꝗ ſcire
neget neꝗ ſe cog̃iſſe reuelet. Nup ait vari⁹ ſu
ꝑ h̄ rūoꝝ fuit ort⁹ Urbe hirl'ima:ſcribaꝝ tur/
ba ſacroꝝ Cā fuit:r legē l' vatū rn̄ſa ſuoꝝ Tps
eis dubiū ſꝫ ꝑſtolatō certa Offert ſceptꝝ rex
tāgēdū munera dōat. Impat vt ſurgāt dedu
cātꝗ domū mox. Aulica tota cohors: r̄ſonat
plaudit:bn̄dicit: Implet iuſſa libēs:regē col
laudat ouāt Cū fretitu vario ioſeph admirat
ab iſto Facund⁹. laudat alt' ſpēm mł'ierꝫ. Alt
ꝯpatit puero blādoꝗ decoro. O p̄r oipotēs
q̄s n̄ ſpauerit i te. In cui⁹ ſt corda māu regū
ꝗ hoimꝗ. Quovis iflectēs ea:rex en lubric⁹
aſp. Plebs icōpoſita:fugitiuos ſuſcipiūt:et
Aſpiciūt ḡtꝫ ais:tractātꝗ pudice Hoſpitiū
ꝑbet q̄ tu te ꝟgo receptas Cū ſponſo ⁊ puero
ꝑ ſuo cedit aiell⁹ Ligna cibū mēſā vir ꝑpat
at pia mr̄ Infantē lactat:euoluēs baltear:in
de Lunis aptat⁹ dormit:q̄s tps in illō Dāt
laudes pēſa:q̄ties o' corda leuarūt Cū mani
bus dn̄o p⁹ tāta ꝑicula tuti ⁊c. Et. j. ꝑdict⁹
doct. alloquit dn̄m ihm:⁊ int'rogat de modo
ſue reuſiōis de egypto dī. Quis tibi ſeptēni
puero mod⁹ in ḡdiēdo Tūc fuerit:dubiū ē:
baiulād⁹ vtriꝗ parēti Tu nō appes ſat ido
ne⁹ aſpa ferret. Quō lōga vie diſpēdia ꝑs

tener. at q̄ Nō aſino tua mēbra ſatꝫ ſuffulta
locares: Curricul⁹ ne vehit forſan te ꝟgo ie
ſumꝗ. Cōſci⁹ in q̄les mō vir fabrefecerat vl⁹
An ſup etatē diffūdit gr̄a vires In corpus
vel iter ꝑagrat breuiore dieta: Uirt⁹ angeli
ca nec deeſſe miſtra putāda ē ⁊c. ¶ Terti⁹ do
lor btē ꝟgis fuit qn̄ i tēplo fili⁹ remāſit:⁊ ipa
ꝑ triduū eū cū mario cruciatu q̄ſiuit. vn̄ iuē
to eo dixit:vt h̄r Lu. ij. Fili q̄d feciſti nob ſic
p̄r tuus ⁊ ego dolētes q̄rebam⁹ te. In q̄b⁹ ver
bis ipa expſſit titulū magni honoris, ⁊ affe/
ctū magni dolorꝫ. Magn⁹ em̄ honor in hoc
notat q̄ vocat eū filiū. vn̄ Ber. ſup miſſus ē
ait. Ecce marie ꝑuilegiū. Quis em̄ hoc au/
deat angeloꝝ: ſufficit em̄ eis ⁊ ꝑ mag̃ hn̄t ꝙ
cū ſint ſpūs ex cōditiōe:ex gr̄a facti ſunt āge
li. i. nūcij dei. Maria ꝟo deū maieſtatꝫ ⁊ dn̄ꝫ
angeloꝝ ſuū appellauit filiū dī. Fili q̄d feci/
ſti nob ſic: Dolorē aūt expſſit cū ſubdidit. ec
ce p̄r tuus ⁊c. Iſte aūt dolor cauſabat ex tri/
plici timore. Un⁹ erat ſꝫ Origꝫ. q: tīebat ne
iudeos tāꝗ idignos reliq̄ſſet:⁊ ad ꝑdicādū
gētib⁹ lōge receſſiſſet. Scd̄us erat ſm eūdē
Origꝫ. q: timebat ne ad patrē q̄ miſerat eū
rediſſet. ⁊ ſic hūanā redēptionē ſic exigētib⁹
demeritꝫ generꝫ humani non feciſſet. Terti⁹
erat: q: timebat ne i manib⁹ filioꝝ Herodis
deueniſſꝫ. Ut em̄ ait Ouid. in ep'lis. Res ē
ſolliciti plena timorꝫ amor. vn̄ inq̄t glo. ſup
Lu. Metuebat b. ꝟgo ne q̄d herodes in ei⁹
iſantia patrare q̄ſierat. h̄ archila⁹ in ipi⁹ pue
ricia iuēta optunitate ꝑficeret. De iſto āt do
lore ꝟgis ⁊ ioſeph tractat mgr̄ Johes gerſon
i ſua ioſephina: dicēs dn̄o ihū i ꝑſona ꝟgis ⁊
ioſeph: qn̄ repierūt eū in tēplo. Fili q̄d nob
feciſti ꝑdite totū Per triduū: nā nos nimis
anxia cura Coq̄bat:atꝗ dolor valid⁹:rurſus
ne ꝑdere te te Quereret ipietas cariſſime ſe
ua tyrāni. Quid ne putas agim⁹ ꝑme dum
nocte diei Una dom⁹ recipit nos ābos te ſi/
ne fili: Fit nob nox vna vigil flem⁹ꝗ ꝑcātes
Prio māe cito ꝯſurgim⁹:atꝗ ꝑpinq̄s Nūc
hos:nūc illos inter te q̄rere cura ē. Teꝗ die
tota fili nō iueniētes. Qn̄ tertia lux ort' repe
dam⁹ ad vrbē. Heu nimiū triſtes defeſſ⁹ an/
helat vterꝗ Iſtū ſꝫ remouet iuētio leta do/
lorē. Oram⁹ fili ne talit' egerꝫ vltra Nō faciā
remanebo domi:pareboꝗ vob: Rn̄dit puer:
⁊c. Multos alios dolores habuit btiſſima
ꝟgo i ꝑn̄ti vita: vt qn̄ nece habuit ex̄n̄s ḡui/
da ⁊ vicina ꝑtui ꝑficiſci ad ciuitatē bethlee/
miticā. ⁊ ibi cū multꝫ icōmodis ⁊ ſine hoſpi
tio ꝯdecēti ſtare ⁊ filiū ſuū ibi pere. de q̄ q: ſa
tis dixi. in. vij. ꝑte ꝑncipali hui⁹ opis. h̄ per/

E Doluit maria in triduana ꝑditōne filij.

A Maria hūit mltos alios dolores.

trāſeo. Simil'r nō declarabo h̄ dolorē quē hūit de
morte ioſeph. de q̄ dixi i. v. p. pn. huiꝰ opis in
ſer. deſpōſatōis eiꝰ. Nō etiā referā dolorē quē
habuit qn̄ filio ſuo aſcēdēte i celū: ipa i miſe-
rijs huiꝰ mōdi remāſit. de q̄ dicā i. xj. p. pn. hꝰ
opis ſer. j. Itē ptrāſibo dolores q̄s paſſa eſt
ppt' tribulatōes ei datas a iudeis. d' q̄bꝰ dixi
i. iiij. p. pn. hꝰ opis. ſolū referā alias duas af
flictiōes q̄s habuit ppt' ꝯpaſſiōē filij. q2 pri
ma q̄ ē q̄rta i ordie fuit i eiꝰ paſſiōe. vn̄ Am
bro. ſup Lu. ait. Quis mlt'e tribulatōes trāſ
fuderit aiā marie: tn̄ illa ſpālit' mrna trāſfi
xit viſcera dn̄o i cruce moriēte. de q̄ pdixit ſy-
meon. ⁊ tuā ipiꝰ aiā ptrāſibit gladiꝰ. tāq̄z ſi
di. mrnis tuis viſceribꝰ gladio tribulatōnis
trāſfiberabert'. videb i cruce pēdērē quē ange
lo nūciāte i ꝟgitate pmanēs filiū edidiſti. et
ibidē etiā ait ipe Amb. Deniq̄z illo pēdēte in
cruce iudei pn̄tes vt deſcēderet iſultabāt. apl'i
fugiētes de cruce illū deſcēdere poſſe n̄ crede-
bāt. Que vt vidit maria nece fuit mrna pia
q̄z viſcera ex eiꝰ ꝯpaſſiōe gladio tribulatōis
trāſfigi. Sz vt itelligere valeamꝰ q̄ztꝰ i ea fu
erit dolor: videamꝰ q̄ztū i illa fuerit amor ad
ipm filiū. Cū ei nō ſolū hoies ſz etiā oia alia
aialia naturalit' diligāt filios ſuos. viij. eth. p-
fecto amor ipiꝰ ꝟgis erga filiū ſuū fuit iexpli
cabil'. q2 ipe dn̄s ih̄s erat totꝰ ipſiꝰ ꝟgis filiꝰ
ſine p̄re carnali. vn̄ amor q̄ d2 eē in p̄re ⁊ mr̄e
ad filiū: totꝰ erat i ſola ꝟgie erga ſuū vnige-
nitū. ꝟtꝰ aūt vnita fortior eſt diſpſa. vt d' i li
de cauſ. Itē cū ſup omēs creaturas diligebat
quē ſciebat ſe diligere ſup oēs creatās: ⁊ eſſe
ſuū creatorē. vn̄ tāto affectu amorꝫ eiꝰ afficie
bat' vt mir̄ ſit ꝙ ex tāti amorꝫ ardore nō ſit li
q̄facta. vbi ām̄ eſt maior amor ibi etiā ſeq̄t' ma
ior dolor de malo dilecti. Cū igit' īuēti fuerīt
aliq̄ parētes q̄ tātū doluerūt de morte filioꝝ
ꝙ ipi expirauerūt: q̄d putādū ē dolorꝫ ſenſiſſ
ſe ipam pijſſimā matrē i tā horribili ſui filij
occiſiōe: nemo em̄ vnq̄z carnē ſuā odio hūit.
Eph. v. Conſiderate vos pie mr̄es q̄ dolore
anguſtiare miſſit vnigenitū filiū vr̄m ſanctū
ꝯtioſum iuuenēq̄z oibꝰ ꝟtutibꝰ plenū ſic cru-
delit' in ꝯſpectu vr̄o mactari videretꝫ. Ma-
gne āt ꝯpaſſiōis fuit mors xp̄i: q2 iudei q̄ ei
viuo n̄ pepercerūt: etiā mortuo miſeri noluerūt
ſz vnꝰ coꝝ lācea larꝰ eiꝰ iā mortui tranſfixit.
De q̄ ipe ꝯq̄rit' di. Job. xvj. Cōcidit me vul
nere ſuper vulnꝰ: ⁊ irruit in me q̄ſi gigas. Et
Ber. in q̄dā ſer. ad matrē eiꝰ ꝯ̄ſus ait. Ve-
re btā ꝟgo aiam tuā gladiꝰ ptrāſiuit qn̄ cru
delis lācea filio tuo iā mortuo larꝰ apuit. Ex
q̄bꝰ oibꝰ patꝫ ꝙ ipa bn̄dicta ꝟgo multiplicit'

paſſa ē martyriū. q2 vt ait Ber. vbi. ſ. omnē *Maria mlt'iplex martyriū ptulit*
ſenſum corpee paſſiōis exceſſit effectꝰ ſue cō-
paſſiōis. Aliud q̄z martyrij genꝰ paſſa eſt ex
filij ꝯmutatōe: qn̄ ei dixit ih̄s in cruce vt h̄r
Joh. xix. Mulier: ecce filiꝰ tuꝰ. De q̄ Ber.
vbi. ſ. ait. An nō plꝰ q̄z gladiꝰ fuit ſermo ille
Reuera fuit ptrāſiēs vſq̄z ad diuiſiōē aīe ⁊
ſpūs. O inequa cōmutatio: iohēs p ih̄u tra
dit': fuꝰ p dn̄o: diſcipulꝰ p mḡro: filiꝰ zebedei
p filio dei: purꝰ hō p vero deo. Quō ꝟo tuā
affectuoſiſſimā aiam nō ptranſiuit hec audi
tio: qn̄ ⁊ noſtra (lz ſaxea: lz ferrea) pectora ſo
la ſcindit recordatio? Et Anſel. inq̄t. Domi
na nr̄a quibꝰ ſingultibꝰ extimabo puriſſimū
pectꝰ tuū vexatū eſſe cū audires Mulier ec
ce filiꝰ tuus? Quāto q̄z dolore cruciata ſit cū
iniq̄ſſimꝰ barrabas latro p̄poſitꝰ fuit i libera
tiōe ſuo filio bn̄dicto: q̄s enarrabit? Extimo
aūt ꝙ cū eiulatu maximo exclamauit ſentiēs
ſuū dulciſſimū ih̄m ipi crudeliſſimo homici
de poſtponi di. O inrectū cambiū: o iniquū
iudiciū: bonꝰ deſpicit' ⁊ iniquꝰ poſtulat': iuſtꝰ
punit' ⁊ pctōr liberat'. agnꝰ occidit' ⁊ lupꝰ acce
ptat'. vita deſerit' ⁊ mors reſuat'. Martyriū
etiā paſſa eſt volūtatis. quia tātum dolebat
ex cōpaſſiōe dānatiōis hūani generꝫ ꝙ p re-
dēptiōe eiꝰ parata erat ⁊ deſiderabat in cruce
mori cū filio ſi opꝰ fuiſſet. Vn̄ Amb. vbi. ſ.
ait. Virgo maria fugientibꝰ apl'is an̄ crucē
ſtabat: ⁊ pijs oculis vulnera xp̄i ſpectabat.
Et quia cognouerat p eiꝰ mortē mūdi redē-
ptionē futurā putabat aula regal' ſe ſua mor
te publico muneri aliq̄d additurā. ſz ipe xp̄ſ
q̄ factꝰ ē ſicut hō ſine adiutorio int' mortuos
liber. ſuſcepit q̄dē maternū affectū: ſz nō q̄ſi
uit auxiliū. Paſſa q̄z fuit ſacratiſſima virgo
martyriū maceratōis. Intātū em̄ i filij paſ-
ſiōe corpꝰ ſuū ⁊ oīa mēbra macerauit: ꝙ quo
dāmō martyriū ſibi intulit: vt ait mgr̄ Jaco
bus de voragine in ſuo li. de ꝟgine: in ꝟ.
martyriū. vbi allegat Augꝰ. ſic dicen̄. Ipſa
q̄ppe pia mater imani dolore eiulās pectora
q̄z delicata ꝯtūdēs: ita ipa viſcera ceteraq̄z fa
tigauerat mēbra: vt iam deficiēs ad xp̄i funꝰ
vix potuerit puenire. ¶ Predictꝰ etiā doctor
vbi. ſ. dicit ꝙ martyriū ipius ꝟginis habu- *Martyriū marie hūit. iiij. ꝯditiōes*
it q̄ttuor ꝯditiōes graues. q2 i mēte martyri
zata eſt. vn̄ atrociꝰ paſſa eſt dū paſſiōis xp̄i
gladiū i aīa ſua ſuſtinuit: q̄z ſi corpalit' pem-
pta eēt: vt ait Hiero. ad Auſto. Itē q2 eiꝰ do
lor nō fuit pticularꝫ ſed vniuerſalis: q̄a totā
aiam repleuit: ⁊ nulla in eiꝰ corde remāſit p-
ticula que doloribꝰ nō fuerit plena. vn̄ Hie
ro. vbi. ſ. ait. Conſtat nēpe ꝙ maria intātum

doluit vt totā aīam ei⁹ ptrāſiret ac poſſideret
vis dolorꝫ ad teſtioniū eximie dilectiōis. Itē
qꝛ ei⁹ dolor n̄ fuit ſupficial' ſꝫ pcordial'. nā vſ/
qꝫ ad cordis itima ptrāſiuit. nec mirꝫ qꝛ mor
tē xpi fecerat ſuā. vn̄ Hiero. vbi. ſ. inqt. Ei⁹
nimirꝫ dilectō morte fortior extitit: qꝛ mortē
xpi ſuā fecit. Itē qꝛ ei⁹ dolor nō fuit mometa
ne⁹ ſꝫ diuturn⁹. nā etiā p⁹ filij reſurrectiōꝫ ꝛ
aſcēſiōꝫ ei⁹ paſſiōes i mēoria retinebat: ꝛ ſine
magni dolorꝫ gladio de eis rcordari n̄ poterat
vn̄ dicebat illō Can̄. j. Faſcicul⁹ mirre dile/
ct⁹ me⁹ mihi: int' vbera mea ɔmorabit'. Faſci
culū ei mirre vocat collectiōꝫ amaritudinū ꝛ
paſſionū xpi: qs ipa int' vbera aīe. i. i mēoria
deferebat. Et ex his vulnerabat' p dolore: cru
ciabat' p amore: ꝛ eſtuabat p deſiderio ꝛ maxi
ma ɔpaſſiōe. hec ille. ¶ Vltim⁹ dolor b. vgis
explicād⁹ i pn̄ti ſer. dr. ſepelitōis filij ſui. Nō
aūt ſine cordis teneritudie poſſum⁹ mēorie
cōmendare penā ꝛ afflictionē: imo gladios ꝛ
lāceas dolorꝫ cor ipi⁹ vgis penetrātes in filij
ſui ſepultura. Vn̄ ɔtēplant' qdā deuoti qꝫ cū
b. vgo ſtaret iux' crucē ihu filij ſui iā defuncti
ibiqꝫ aſſociata Johi euāg. ꝛ magdō. ꝛ alijs de
uotꝫ mlierib⁹ amariſſime deploraret: ꝛ iā ſe/
ro appropinqnte cogitaret quō filij ſui cor/
pus de cruce depōeret: ecce qꝫ vidit a lōge veni
re nicodemū ꝛ ioſeph ab arimathia cū ſcalis
ꝛ malleis cetiſqꝫ iſtris idoneis ad deponēdū
corp⁹. librāſqꝫ cētū mirre ꝛ aloes ad vnguen
dū ſeu īuoluēdū cū eis ipm corp⁹ ihu. qs illa
ɔſpiciēs (ꝛ qꝛ p mltitudie lacrimarꝫ ei⁹ oculi
caligabāt n̄ cognſcēs) cepit valde expaueſcere
dubitās ne eēnt ſcribe et phariſei venietes vt
de corpe filij ſui ſic mortui eē diūſas ſtrages
facerēt trahētes illō p totā ciuitatē. ſicē mag/
nis malefactorib⁹ fieri ɔſueuit. q pauore per
trita ad iohānē ꝛ ſocias dixit. heu mihi: qꝛ ca
nes rabidi iudei veniūt nōdū ſaturati morte
crudeliſſima filij mei: vt corpi ei⁹ noua opp/
bria iferāt. ꝛ his dictꝫ i trā ſemimortua colla
pſa eſt. quā circūdātib⁹ marijs ꝛ eā (ſicē meli⁹
poterāt) ɔfortātib⁹: iteri b. iohes (ꝛ ipe paue
fact⁹) aliqntiſp obuiā ill' pexit: vt videret ꝛ
itelligeret ad qd pagēdū cū illis ſcalis veni/
rēt. Cū vo cognouiſſet nicodemū ꝛ ipm ioſeph
ſtati ad ipam vginē cucurrit ɔſolās eā ꝛ di.
Bono aīo eſtote dn̄a ꝛ mr mea. illi em̄ q ve/
niūt ſūt diſcipuli filij vr̄i ꝛ mgr̄i ac dn̄i mei:
q ad auxiliū nr̄m veniūt. vn⁹ em̄ ē nicodem⁹
amic⁹ nr̄: alt' ioſeph ab arimathia: q licētiā ſe
pelīēdi dn̄m obtinuit a pylato. Ex qb⁹ vbis
vgo bn̄dicta aliqꝫtulū recreata ſurrexit. Ad/
uenietes ḡ pdicti viri deuoti nigrꝫ (vt pie cre

B
Doluit
maria in
xpi ſepe/
litione

dit') veſtib⁹ iduti. pmo qdē filiū dei i cruce p̄e
dētē genuflexi adorauert cū ploratu magno.
deinde eūtes vt viſitarēt virginē pijſſimā: vi
dēteſqꝫ ipaꝫ meſtiſſimā marrē ſqualidā ꝛ af/
flictā ꝛ totā lacrimis madefactā: cepert lacri/
mas emittere ꝛ gemit⁹: nihil p dolore loq va
lētes. demū aliqualit' ſpūs reſumētes. poſtqꝫ
cū bn̄dicta vgie lacrimoſis vbis ɔdoluerūt
de morte filij ad petitionē vgis ipm corp⁹ ſcti/ſ
ſimū de cruce depoſuerūt. Cōſidera igit' aīa
deuota ꝛ diligent' attende depoſitiōis modū
Ponunt' due ſcale a laterib⁹ crucꝫ oppoſite:
Joſeph aſcēdit ſcalā lateris dextri: ꝛ Nicode
mus aſcēdit ſcalā laterꝫ ſiniſtri. Joſeph igit'
reuerent' extrahit clauū man⁹ dextre: poſtmo
dū nicodem⁹ extrahit aliū man⁹ ſiniſtre. De
īde deſcēdit nicodem⁹ ꝛ venit ad clauū pedis
ioſeph vo ſuſtētabat corp⁹ dn̄i. Tunc pijſſi/
ma mr q ſtabat pedib⁹ qꝫtū poterat eleuata:
brachijſqꝫ extēſis: vt filiū in ſinu ſuo reciperet.
Primo manū dexterā pēdētē ſuſcepit reuerēt'
poſuitqꝫ ad vultū ſuū intime deoſculās eā cū
lacrimis ꝛ validis ſuſpirijs. dicebatqꝫ vba
tāta cōpaſſione digna qꝫ etiā ſaxea corda ad
pietatē flectere potuiſſent. Euulſo aūt clauo
pedū pauliſp deſcēdit ioſeph. ꝛ ipſa bn̄dicta
vgo accepit corp⁹ filij ſuis i brachijs: ꝛ illō te
nerrie oſculabat'. poſtmodū i trā ſedēs pōis
illō i gremio: ꝛ oſculat' nūc caput nūc man⁹:
nūc os nūc pedes nūc vuln⁹ lateris: oēſqꝫ ei⁹
plagas amarꝫ lacrimis lauabat: plorātib⁹ oī
bus q aſtabāt. Et hec qſi oīa pōit Ber. i ſer.
de planctu vgi. di. Stabat maria leuans bra
chia in altū. ꝛ cū tāgere eū valuit: caput ma/
nus ꝛ brachia ei⁹ depēdētia trahebat ſup tri/
ſte pect⁹ ſuū: atqꝫ i oſcula ꝛ amplex⁹ ruēs de
ſuo dilecto (lꝫ extincto) ſatiari n̄ poterat. ſꝫ dū
de cruce i trā corp⁹ depoſitū fuit: ſup ipꝫ ruēs
p icōtinētia dolorꝫ ꝛ imēſitate amorꝫ qſi mor/
tua ſtabat. Stabat ad corp⁹ extincti filij ſui
mr maria lacrimis faciē rigās: ac p diūſa tor
qbat' ſuſpiria. frōtēqꝫ ꝛ genas oculoſqꝫ ꝛ ora
freqnti⁹ oſclabat' ipi⁹. lacrimarūqꝫ tāta vber
tas effluebat vt carnē cū ſpū oēm in lacrias
diſſolui putares. hec ille. Magr̄ aūt Jaco. de
vora. vbi. ſ. ait. Veſpe aūt depoſitū ſacratiſ/
ſimū corp⁹ p Nicodemū ꝛ ioſeph ſuſcipiens
in gremio mr: qt lacrimarꝫ fluia: qꝫ amariſſi
mos ſingult⁹: qꝫ alta ſuſpiria: q verba meſti
cie plena ex ea pceſſerint qs poſſet exprimere:
cum ſingula mēbra perqreret tam dire cru/
ciata: tā turpiter deluſa: oſcularet' ꝛ lacrimis
irrigaret ſociata Maria magdalena ꝛ alijs
marijs ꝛ deuotꝫ mulierib⁹. Cū autē ſero fa/

ctū eēt: deuoti hoīes pie ꝛ deuote corp⁹ illō̄ de
brachijs m̄ris accipiētes poſuerunt in monu
mēto mēte ꝯſepulta cū eo. hec ille. Quidam
aūt deuot⁹ ꝟſificator vulgaris inq̄t. Lomeb/
be in elle braſe el fiol ſancto cō īfinite lacrime
ſi lo bagnaua. e nō ſi vide may el magior pi/
anto. Tutte quāte le piache ſi le baſaua. Li
oga la bocha el corpo tuto quāto. e di tochar
ieſu nō ſi ſatiaua. Poy dixe. fiol mio cū quā
ti affani ſei morto ꝑ laltrui malicie e ingani.
Sō queſti li pedi: ſon q̄ſte le mani cherā dei
mio fiol ieſu dilecto. ſon q̄ſti i mēbri angelici
e ſoprani chaueua el mio fiol ſenza difecto
che pareno ſtati nele mane di cani. A ſono
ſtrazati tuti a dilecto. poy ſi caſco ſulpecto del
fiolo. Forte piāgēdo cō amaro dolo. Joſeph
e le marie e giouani magdalēa marta e nico
demo veduti hano maria ī tāti affani ogniū
diceua de la ſua morte terno Nap leuar via
piu noye: pene e dāni. Jl corpo di ieſu noy ſe
peliremo. Jn vn ſepulcro nouo che ī q̄ſto or/
to Daremo a maria alchun ꝯforto. Ego āt
arbitror ꝙ aduenīēte nocte ipa bn̄dicta ꝟgo
ſepi⁹ rogata fuit vt eis traderet corp⁹ filij ſepe
liēdū. ſꝫ ipa dicebat. dimittite me h̄ mori cū
filio meo. vl' ſaltē ꝑmittite me iteꝝ oſcl'ari eū
ꝛ tūc oſculabat̄ loca clauoꝝ: tāgebat coronā
ſpineā: ml'tosq̄ꝫ magne cōpaſſiōis act⁹ facie/
bat atq̄ꝫ ad filiu dicebat. o fili dilectiſſime cur
mihi n̄ loq̄rꝭ: nōne h̄ ē os illō̄ bn̄dictū qō̄ iu
deis ſic dulcit̄ ꝑdicabat: nōne iſte ſt̄ ille mā⁹
q̄ tāta miracl'a faciebāt: nōne iſti ſt̄ illi pedes
q̄ꝝ ſcabellū adorat̄. o fili dulciſſime: vbi ē ille
tā delectabil' aſpect⁹: vbi vult⁹ tu⁹ let⁹ ꝛ iocū
dus: vbi ē facies illa ſerena: vbi ē viſus ille
amabil': o fili mi ſpecioſe p̄ filijs hoīꝫ quō fa
ct⁹ es deformis ꝛ opprobriū hoīꝫ: vbi ē o fili
loq̄la tua ſuauis ꝛ ꝯuerſatio māſueta: q̄re re
manet ſine filio m̄r: q̄lis erit vita mea ſine te
fili mi tu mihi p̄r eras: tu mihi m̄r: tu mihi
fr̄: tu mihi ſpōſ⁹: tu mihi blād⁹ fili⁹: tu mee de
licie: tu mea gl'ia: tu mihi oīa eras fili mi. Jn
his l' ſilib⁹ lacrimoſ fletib⁹ ꝑſeuerāte ipa me/
ſtiſſima ꝟgie q̄dā ſerā īportunitate inſtabat
magō̄. ꝛ alij vt corp⁹ illō̄ ſacratiſſimū tradi
ꝑmitteret ſepult̄e ꝓpt̄ ſupueniēte noctē. q̄b⁹
tādē ꝯſētiēs ꝛ corp⁹ a ſuis brachijs abſtrahi
ꝑmittēs. p⁹ modicū rogabat vt iteꝝ dimitte
rēt illō̄ ſel' oſcl'ari ꝛ p⁹ea illō̄ eis tradere diffe
rebat. ꝛ tādē traditū iteꝝ repetebat ꝛ totiēs p̄
teneritudīe deficiebat q̄tiēs dabat vl' accipie
bat. tādē ſepl'tū fuit ꝛ māib⁹ ꝓpis ab ipa ꝟgi
ne i ſepl'cro coaptatū. q̄r vt inq̄t gl. i. c. vbicū
q̄ꝫ. xiij. q. ij. meli⁹ oſſa cubāt maib⁹ tumulata

ſuoꝝ. De hac āt ſepult̄a iq̄t deuot⁹ vbtin⁹ de
caſali li. 4. c. 26. cogita aīa deuota ſi corp⁹ il/
lud fuit a ſanguīe lotū vt ꝯdit̄e aromatū eēt
idoneū. illāq̄ꝫ loturā ſanguis bibe cū amoris
dulcore. imo teipāꝫ totā ī aquā ꝯūte vt mere
arꝭ illi ſacro corpi applicari. cogita q̄ꝫto affcū
ille ſctē ml'ieres ſibi ſedule miſtrātes dū viue
ret illō̄ ſacꝝ corp⁹ nitebāt̄ ꝯtigere ꝛ ſe m̄rnis
fletib⁹ ſociare. ſꝫ ꝛ ille dilect⁹ iohēs expti amo
rꝭ mēoria ꝛ corpal' aſpect⁹ fixura doloꝝ piter
ꝑfoſſ⁹ totū ſe lamēto ſacri corpis: ꝛ q̄li porat
refrigerio ſuſpirijs m̄rnis exhibebat. vn̄ pu/
to ꝙ iſtoꝝ plōgatōe fletuū ꝛ d̄uotoꝝ luctami
nū q̄b⁹ m̄r a filij corpe auelli n̄ porat ꝛ q̄b⁹ ip
ſa illoꝝ corda reliq̄bat i lacrīas. vſq̄ꝫ ad horā
ꝯpletorij ē ſepult̄a ꝓtracta vt hora ꝯpletorij
ꝓ tardis accipiat̄ veſpis an̄ ſol' occaſu. vt q̄ſi
poſſit dici ſepult⁹ ī veſpis. Piā āt ꝯcertatōꝫ
dilatōi ſ ſepult̄e int̄ d̄uotā ꝟginē ꝛ aduēiētes
diſciplos deuot⁹ lamētator paſſiōis ihu ꝛ exi
mi⁹ doc. Ber. in q̄dā deſcribit tract̄ de ſacre ꝟ
ginis placitu. termiato āt ſepult̄e officio cogi
ta cū q̄ꝫrꝭ geſtib⁹ ipꝫ ſacꝝ ſaxū ſepulcri m̄rna
cōplectebāt̄ brachia: rigabāt ocl'i: oſcl'abāt̄ la
bia: ꝛ tot⁹ geſt⁹ corpis itra ſua p̄cordia abſor
bere videbat̄ ſepulcꝝ. āplectere ſepulchꝝ pia
m̄r: ꝛ ſup ipꝫ igemīa mirata ſuſpiria ī tuo re
ceſſu: ipmq̄ꝫ ī tuo dolore aſporta. hec ille. Lu
dol. āt cartuſien̄. ꝑdicta oīa cōfirmās ꝛ lati⁹
explicās ī li. meditat̄. vite ihu xp̄i p. ij. c. lxv.
ait. Hora veſptina meditaberꝭ mēte lugubri
ꝛ lacrimabili quō m̄r dn̄i ꝛ alij q̄ttuor ſtāt ꝓ
pe crucē neſciētes q̄d facere debeāt. corp⁹ ei de
pōere ꝛ ſepelire n̄ pn̄t. q̄r nec vires ſufficiētes
hn̄t nec inſtra q̄b⁹ deponāt. recedere āt eo ſic
manēte n̄ audēt: ꝛ diu mācere nocte ap ppin/
q̄ꝫte n̄ valēt. vide i q̄ꝫta ſt̄ ꝑplexitate ꝛ eis cor
de ꝯpatere. iteri āt ioſeph ab arimathia ciui
tate iude. x. leucꝭ ab hierl'm diſtāte: ātiq̄⁹ di/
cta ramatha vn̄ fuert̄ helchana ꝛ āna pentes
ſamuel'. diues ꝛ nobil' gn̄e. ꝛ decurio. i. de or/
die curie: ꝛ officia curie ipij romanoꝝ admi/
ſtrās: vir bon⁹ i ſe q̄ ad deū ꝛ iuſt⁹ q̄ ad ꝓxim
ac diſcipul⁹ ihu: nō de. xij. vl'. lxxij. ſꝫ de ml'tis
alijs credētib⁹. q̄r oēs credētes a p̄ncipio di/
ſcipuli vocabant̄: ſꝫ occl't⁹ ꝓpt̄ metū iudeoꝝ:
ne de ſynagoga expelleret̄: q̄ nō ꝯſenſerat neci
dn̄i ꝛ actib⁹ ꝛ ꝯſilijs alioꝝ xpꝫ ꝑſeq̄ntiū: q̄ et
ipe ſic ꝛ alij diſcipuli expectabat. ſ. certitudie
ſpei regnū dei: n̄ tpale ꝛ t̄renū: ſꝫ celeſte ꝛ et̄nū
. i. regnū celoꝝ a xp̄o diſcipul' ꝑmiſſū veit ad
ſepeliēdū xp̄m an̄q̄ꝫ itraret ſabbatū: i q̄ talia
facere n̄ erat licitū. q̄r ei erat diſcipul⁹ dn̄i: io
curā de corpe ei⁹ habere voluit vt cum honore

De ſepultura xp̄i.

Joſeph abarimathia quō petijt corpus Jhu ad ſepeliēdum

ſepeliret. ⁊ nõ ſicut dãnati corp⁹ pĳceret. ſ. h
ↄ̃tute ſanguis xp̃i iã fuſi roborat⁹ audacter
om̃i timore depoſito ⁊ ↄ̃fidẽter introiuit ad
Pylatũ: nec iudeoꝝ timẽs ĩimicicias: nec py
lati poteſtatẽ: ⁊ petĳt magno munere vt de
eius licẽtia tolleret corp⁹ ieſu de cruce ⁊ ſepeli
ret illud honorifice: h ꝑferẽs omni theſauro
q̃ʒtũlibet ꝓcioſo. Petĳt aũt h ſibi cõcedi: q̃a
ſm̃ leges hũanas corp̃a dãnatoꝝ nõ debent
ſine licẽtia deponi vl' ſepeliri. ⁊ ꝑmiſit Pylat⁹
tũ ꝓpter petẽtis reuerẽtiã: tũ ꝓpt' xp̃i innocen/
tiã ſibi notã. ⁊ q̃ꝛ plura in morte ei⁹ viderat
miracula. In q̃dã aũt hyſtoria hꝫ ꝙ Joſeph
ſeruierat q̃nqꝫ annis pylato: ⁊ ꝓ ſuitio petĳt
⁊ obtinuit corp⁹ ieſu ab eo. Fit aũt hic ſecula
ris dignitatis ioſeph mẽtio: nõ ꝙ euãgeliſta
hãc cõmẽdet. ſed q̃ꝛ ad preſidẽ niſi talis acce/
dere nõ poterat. Qꝛ ergo diues erat valde
inſignis: ac pylato not⁹ et familiaris: potuit
de facili ad pylatũ intrare ⁊ ab eo impetrare.

Dignita tis ſtat⁹ Joſeph narratur

Qꝛ ṽo bonus ⁊ iuſt⁹: dign⁹ fuit h myſterio:
⁊ meruit corp⁹ ieſu ſepelire. vñ Beda. Ma
gne quidẽ ioſeph iſte dignitatis apud ſecu/
lũ: ſꝫ maioris apud deũ meriti fuiſſe laudat.
vt ⁊ ꝑ iuſticiã meritoꝝ ſepeliẽdo corp̃e dñico
dign⁹ foret: ⁊ ꝑ nobilitatẽ potentie ſecularis
idẽ corp⁹ accip̃e poſſet. Nõ em̃ q̃libet ignot⁹
aut mediocris ad p̃ſideꝫ accedere ⁊ crucifixi
corp⁹ poterat ĩpetrare. vñ ⁊ Aug. Joſeph fi/
ducia dignitatis q̃ p̃dit⁹ erat familiarit' in/
trauit ad pylatũ. Jam min⁹ curãs de iudeis
q̃ʒuis antea in audiẽdo dño deuitaret ĩimici
cias eorũ. vñ etiã Grego. Fuerat q̃nqꝫ Jo/
ſeph occult⁹ xp̃i diſcipulus. deniqꝫ vincula ti
moris rumpẽs feruentioꝛ fact⁹ dñicũ corpus
turpiter pendẽs a ligno depoſuit: cõparãs ꝓ
cioſam margaritã ṽboꝝ modeſtia. Conſide
ra nũc fortitudinẽ ioſeph. q̃ꝛ nõ ſoluꝫ audet
corp⁹ xp̃i petere: ſꝫ etiã ſepelire. ſicut hõ ꝑtãtẽ
hñs pl⁹ ex ↄ̃tute q̃ʒ ex adiutorib⁹. vñ Chryſ.
Inſpice aũt hui⁹ viri fortitudinẽ. In mortꝫ
em̃ ꝑiculũ ſe tradidit: inimiciciã ad om̃es ſu
mens ꝓpt' beniuolẽtiã xp̃i. Vñ ⁊ Theophi/
lus. Audet auſũ laudabilẽ. nõ em̃ cogitauit
a iudeis decidã: ⁊ expellar a iudeis ſi corp⁹ pe
tã ei⁹ q̃ eſt ↄ̃dẽnat⁹. hec Theophi. Qui g̃ ꝓ/
us imꝑfectiõe meticuloſus ⁊ occult⁹ diſcipu/
lus dñi fuerat ꝓpt' metũ iudeoꝝ: vitans tũc
ĩimicicias eoꝝ: nũc exẽplo mortꝫ xp̃i aĩatus:
ac ↄ̃tute ⁊ vigore auct⁹: mãifeſtat ſe: ac palaꝫ
⁊ facto cõfitet' ac oſtẽdit xp̃i diſcipulũ peten/
do ei⁹ ſepulturã: ⁊ exeq̃ndo min⁹ curãs de ill'

De nico demo

ĩ hoc extremo officio. Cõceſſo aũt ſibi corpo/
re vocauit ad ſe quẽdã noĩe Nicodemũ viꝝ

ſapientẽ ⁊ legiſꝑitũ ſilr' diſcipulũ xp̃i occultũ
Joſeph igit' mercat⁹ ſindonẽ. i. pañũ lineuꝫ
candentẽ ⁊ mũdũ: venit ad crucifixiõis locũ
portãs ſecũ inſtrumẽta: quib⁹ clauis euulſis
corp⁹ de cruce deponeret. ⁊ ĩ ipam ſindonẽ qua
ipm̃ ĩuolueret. Iſte aũt pañ⁹ mũd⁹ ⁊ cãdid⁹
ĩnocentiã dñi ⁊ lilioſam ſignificat caſtitatẽ.
vt q̃ rubricat⁹ fuerat ſanguĩe paſſiõis candi
daret' ſindone innocẽtiſſime caſtitatis. vñ dꝛ
in cãticꝫ. Dilect⁹ me⁹ cãdid⁹ ⁊ rubicũd⁹. Ve
nit g̃ Nicodem⁹ cũ eo q̃ ꝑus timidus nocte
ad ihm̃ venerat. ſ. añ paſſionẽ: ferẽs ſecũ mi/
xturã myrrhe ⁊ aloes libras q̃ſi centũ ad ipꝫ
cõdiẽdũ. q̃ꝛ hec ſua amaritudine arcent ver/
mes a corp̃ib⁹ mortuoꝝ: ⁊ q̃ʒplurimũ ea con/
ſeruãt: nec cito corruptioni ſubĳci ꝑmittunt
Iſte ante paſſionẽ xp̃i erat ei⁹ diſcipul⁹ ſꝫ oc/
cult⁹. poſt paſſionẽ ṽo manifeſtauit ſe ⁊ fact⁹
eſt public⁹: ſꝫ nõdũ habebat veram fidẽ de re
ſurrectiõe. q̃ꝛ attulit myrrhã ⁊ aloes q̃ſi cor/
pus ei⁹ muniri ĩdigeret a putredĩe: ſꝫ ex de/
uotiõe iſtã vnctiõꝫ faceret. Corp⁹ em̃ xp̃i nõ
ĩdigebat vnctiõe ↄ̃ſuãte ꝯ̃ putrefactiõꝫ. ſcri/
ptũ nãqꝫ eſt. Nõ dabis ſcm̃ tuũ videre cor/
ruptionẽ. vñ Chryſ. Adhuc em̃ vt de nudo
hoĩe diſponebãt: ſed tñ multã dilectionẽ de/
mõſtrabãt. ⁊ loquit' de Nicodemo ⁊ Joſeph
Per ioſeph aũt q̃ interp̃tat' accreſcẽs: ſignifi
cat' ꝑſona creſcẽs in ↄ̃tutib⁹: q̃ corp⁹ dñi po/ Quos ſi
ſtulat: q̃ñ ꝓ digna receptiõe euchariſtie deũ gnẽt iſti
ſupplicit' orat. Per nicodemũ ṽo ꝑitũ ſigni duo. ſ. io
ficat' doctor bon⁹ ferẽs mixturã. i. doctrinam ſeph ⁊ ni
ex auctib⁹ ſacre ſcp̃ture cõfectã: ad vnguẽdũ codem⁹.
corp⁹ xp̃i myſticũ ad ei⁹ ſalutẽ. In ſindone ec
munda paupeas ⁊ caſtitas notat'. ⁊ ĩ aroma/
tib⁹ virtutũ varietas deſignat'. Felix tal' con
ſciẽtia cui nõ deficit btitudo paupꝑtatis ↄ̃tra
mũdũ: mũdicia caſtitatis ꝯ̃ carnẽ: ⁊ fragran
tia ↄ̃tutũ ↄ̃ diabolũ. Cum aũt ioſeph ⁊ nico
dem⁹ fuerũt ꝓpe crucifixiõis locũ genua fle/
ctentes adorauerunt dñm. Quos dũ vidit
mr' volẽtes deponere corp⁹: q̃ſi de morte cõſur
gẽs paululũ reuixit ſpũs ei⁹. ⁊ applicãtes re
cepti fuerũt ꝑ eã reuerẽter. ⁊ pauerũt ſe ad de
ponẽdũ. cum q̃b⁹ ipa q̃ð poterat miſtrabat
adiutoriũ. Corp⁹ aũt dñi ĩ terrã depoſito do
mĩa ſuſcepit caput cũ ſcapulis ſuis ĩ gremio
Magdalena ṽo pedes apud q̃s olim tantã
grãm inuenerat. alĳ aũt circũſtabãt ⁊ plan/
ctũ magnũ faciebãt. Conſidera quõ feliciſſi
mus Joſeph brachĳs corp⁹ amplectit': ac bra
chĳs ſtringit pectori: ⁊ q̃ʒdulcit' q̃ʒq̃ʒ diligẽt'
btiſſim⁹ nicodem⁹ ſacratiſſima mẽbra ei⁹ tra
ctat digitis: et fouet vnguẽtis: vt ait Anſel.

Uenias ⁊ tu chariſſime deuotꝭ greſſibꝰ ⁊ ſpū
alibus acceſſibꝰ ad deponēdū dn̄m deū tuū
de cruce: ⁊ ad plangēdū eū cum ſua bn̄dicta
matre. ⁊ dicas. Deus meꝰ bone ieſu concede
mihi: vt q̇ cū matre tua ⁊ alijs q̇ tūc aderant
corpe ītereſſe: ⁊ ea facere nō merui: fideli tn̄
deuotiōe hec eadē mēte ptractās: illū ad te de
um meū ꝑ me crucifixū ⁊ mortuū cōpaſſiōis
affectū expiar. quē inocēs mr̄ tua ⁊ penitens
magdalena in ipa paſſiōis tue hora ſenſerūt
Et ſciendū ꝙ q̄uis iſta depoſitio dn̄i de cru/
ce nō fuerit ſibi in penā. q꞉ corpꝰ erat exanime
Jſtud tn̄ factū depoſitōis in ſe valde miſera
bile fuit ⁊ lamētabile: ꝙ vicꝫ corpꝰ tāte nobi/
litatis tāq̄ꝫ cadauer tractabat̄. ⁊ btā ꝟgo que
ibi aderat: penam ī hoc facto ſenſit maximā.
Ex h̄ aūt articulo depoſitiōis dn̄i de cruce ha
bent̄ duo documēta. Primū eſt ꝙ fideles cōi
cātes ⁊ accipiētes corpꝰ dn̄i de altari: eq̇pant̄
illis q̇ ipm depoſuerūt de cruce. par em̄ ē: imo
plus xpi corpꝰ ſumere de ara altarꝭ q̄ꝫ de ara
crucis. Jlli em̄ acceperūt eū in brachijs ⁊ ma
nibꝰ. ſꝫ iſti ſumūt ī ore ⁊ cordibꝰ. Scōm do/
cumētū eſt ꝙ ⁊ nos debemꝰ libenter xpm cum
Joſeph de cruce deponere. Quādiu em̄ pctōr
in pctis ē: xpm ī cruce diſtētū q̄ꝫtum in ſe eſt
vinculat ⁊ crucifigit. Pctā em̄ nr̄a fuerūt cā
ꝙ xpus crucifixus eſt. ſed mox cū ꝑ penitētiā
ad deū cōuertit̄: ipum de cruce ſoluit ⁊ depo/
nit ⁊ inter brachia ſua ipm recipit. Un̄ ſicut
q̇s cōplectēs aliquē inter ſua brachia p̄t face
re de eo q̇cq̇d vult: maxime ſi illud non repu/
gnet. Sic pctōr ꝯuerſus ꝑ pn̄iam conſtrin/
gēs iā xpm brachijs amorꝭ: potēs ē de eo oīa
q̇ voluerit obtinere. Neq̄ꝫ em̄ xps repugt
penitēti: ſꝫ paratior eſt ad dādū grām q̄ꝫ ille
ad recipiēdū. Ad ꝯformādū aūt ſe huic arti
culo recogitet hō q̄ꝫ lamentabile factū fuit ꝙ
tale corpꝰ qd̄ erat deꝰ ſic tractaret̄ ad moduꝫ
cadaueris. ⁊ ꝙ corona glīe iacuit ſic ſupina.
⁊ pſtrata in terra. qualē etiā planctū tūc bea
ta ꝟgo fecerit ſup corpꝰ dilecti. Poſt aliquā
ꝟo morulā rogat Joſeph dn̄am: vt ꝑmittat
corpꝰ dn̄i pungi. ac lintheamibꝰ īuolui et ſe/
peliri. Jpa ꝟo ꝯtēdebat dicēs. Nolite amici
mei tā cito mihi filiū meū auferre. illum ad/
huc paululū relinq̇te mihi: vt faciē ipiꝰ valeā
ꝯtēplari: ⁊ vidēdo inde aliquātulū cōſolari.
Jlli volebāt eū tradere ſepulture: ⁊ ipſa vole
bat eum retinere. ⁊ ſic erat hec pialis ⁊ miſe/
randa cōtētio inter eos. Flebat illa lacrimis
irremediabilibꝰ. Rigabat lacrimis faciem ⁊
⁊ extincti filij corpꝰ. ⁊ ꝑfundebat vndiq̄ꝫ pla
gas eius. lapidē quoq̄ꝫ quo corpꝰ eiꝰ poſituꝫ

Duo documenta ex depoſitione xpi de cruce.

⁊ locatū fuerat lacrimis mēdebat. in quo ad
huc lacrimarꝝ eius indicia apparere dicunt̄.
q̇ nūc ī ingreſſu eccleſie ſancti ſepulcri eē me/
morant̄. Lauit ⁊ terſit vulnera eiꝰ cruētata:
⁊ oſculabat̄ ea: ⁊ faciē eiꝰ ſacratiſſimā. Aſpi/
ciebat vulnera corpis ⁊ vultū eius et caput.
videbat ſpinarꝝ puncturas: depilatiōꝫ barbe
faciē ex ſputis ⁊ ſanguine deturparā: ⁊ deſpi
ciēdo ⁊ flendo nō poterat ſatiari. Uirginis
dolores narrari nō poſſunt: q꞉ male illi erat
ſicut eſſe poterat. ⁊ ideo quātas lamētatiōes
vlulatꝰ plāctꝰ ⁊ fletꝰ ſup idē corpꝰ vnigeniti
filij ſui tūc fecerit: verbis explicari nō poſſet
Credēdū tn̄ eſt ꝙ nullos planctus irrōnabi
les fecerit. q꞉ dolor eius ad rōnē ſupiorē non
ꝑtingebat. Magdalena vero pedes dn̄i q̇s
alia vice lacrimis compūctiōis rigauit: tūc
multo magis vndis lacrimarū compaſſiōis
largiter lauit. Aſpiciebat pedes ſic vulnera/
tos ⁊ perforatos: deſiccatos ⁊ ſanguinolētos
⁊ flebat amariſſime: ⁊ pre dolore videbat̄ de/
ficere. ſil'r flebāt vehemēter ⁊ alij. ac etiā ange
li p̄ſentes ibi. Unde Augꝰ. O quis angelorꝝ
vel archangelorꝝ illic nō fleuiſſet: vbi contra
naturā auctor nature īmortalis deꝰ mortuꝰ
homo iacebat: Uidebāt corpus xpi ſic male
tractatū ab impijs: ſic laceratū iacere: ⁊ ma/
riā totā ſuo cruētatā ī cruore ſic amariſſime
flere: ⁊ nullo modo poterāt ſuas lacrimas re
frenare. Sicut ei poſſibile fuit deū ꝑ aſſum/
ptū hoīem mori: ſic poſſibile fuit āgelos bo/
nos ī morte dn̄i ſui dolere. hec Aug. Plāge
ḡ ⁊ tu chariſſime amare: ⁊ clama cū Bernar
do dicēte. O bone ieſu q̄ꝫ dulciter cū hoībus
ꝯuerſatꝰ es: q̄ꝫ magna ⁊ abūdātiſſima eis lar
gitus es: q̄ꝫ dura ⁊ aſpa ꝑ eis paſſus es: dura
ꝟba: duriora ꝟbera: duriſſima crucis tormē
ta. Cōtemplare etiā bene dn̄m ⁊ ſaluatoreꝫ
tuū: gyra ⁊ regyra: volue ⁊ reuolue a latere ī
latus: a planta pedis vſq̄ꝫ ad ꝟticem capitis
⁊ nō inuenies in eo ſanitatē: ſꝫ vndiq̄ꝫ dolorē
vbiq̄ꝫ cruorē. Nō em̄ eſt in eo mēbrū vel ſen/
ſus corpis. qui ſuā afflictionē ⁊ īfirmitatē vl'
paſſionē nō ſenſerit. Uide quid ī q̇libet ſen/
ſu vel in q̄libet parte ſuſtinuit. Jn capite ſpi
nas: in auribꝰ opprobria: ī oculis fletū: ī ore
fel ⁊ acetū: ī facie alapas ⁊ ſputa: ī collo colla
phos: ī naribꝰ fetorē: q꞉ ī loco ex cadaueribꝫ
corrupto fuit crucifixus: clauos in manibꝰ ⁊
pedibus: flagella in dorſo: lanceā in pectore.
Quia em̄ genus humanū vulneribꝫ peccato
rū fuit plenū: ſm̄ illud Jſa. Omē caput lan/
guidū ⁊ omē cor merēs ⁊c. ideo ihs ī omī ꝑ/
te corpis ſui plagas ſuſcepit: vt ꝑ eiꝰ liuores

Limitat rōnabil'r ſuperius dicta.

Planctꝰ Bern̄. de paſſione domini.

in toto ſanaremur. Nō em̄ erat infirm9 i ca-
pite.i.in intēcōe:q̄ ē caput aīe.q2 ī his q̄ faci-
ebat nō ſanā intēciōꝫ hēbat. Erat infirm9 in
manib9:q2 faciebat opera mala vel remiſſa.
Erat infirm9 i pedib9:q2 habebat affectionē
imūdā aut terrenā. Pes em̄ aīme eſt affect9
ꝛ amor ei9.q2 ſicut corp9 vadit pedib9:ſic aīa
vadit affectib9. Erat infirm9 i corde:q2 habe
bat cogitatiōes noxias ꝛ vanas. Erat ifirm9
ī toto corpe:q2 habebat totā vitā mūdanā et
ꝯuerſationē vanā. Ut igit xps ſuis liuorib9
ꝛ vulnerib9 nos ſanaret:voluit vulnerari in
capite:vt ſanaret oēs nr̄as obliquas intētio
nes. Uoluit vulnerari in manib9:vt ſanarꝫ
nr̄as malas ꝛ peſſimas opatōes. Uoluit vul
nerari i pedib9:vt ſanaret nr̄as imūdas ꝛ ter
renas affectiōes. Uoluit vulnerari in corde
vt ſanaret noxias ꝛ vanas cogitatiōes. Uo-
luit flagellari ꝛ vulnerari in toto corpe vt ſa
naret totā noſtrā vitā ꝛ ꝯuſatiōeꝫ. vn̄ Ber.
Meditare inq̄t poſitōꝫ corpis crucifixi ꝛ vi
de ſi aliq̄d eſt i eo qd̄ nō porʒ p te ad patrē.
Diuinū illud caput multiplici ſpinaꝝ denſi
tate denſatū vſqꝫ ad cerebri teneritudinē cō-
fixū eſt. Ad q̄d hoc? Ne doleret caput tuum
ne tua vulnerarent intētio. Caligauert i mor-
te oculi ſui. ꝛ illa luminaria magna que illu-
minār orbē ad horā extincta ſunt. Nonne il
lis obtenebrātib9 tenebre facte ſunt ſup vni-
uerſam terrā. ꝛ illa duo lumiaria magna cū
illis lumiarib9 ſemota ſunt? Hoc aūt totum
factū eſt vt auerterent oculi tui ne viderēt va
nitatē:ꝛ ſi viderēt nō adhererēt. Aures ille
q̄ in cel' audiūt Sctūs ſanct9 ſanct9 dn̄s de9
ſabaoth:audierūt i terra demoniacoꝝ voces
dicētes. Crucifige:crucifige. Ut quid iſtud
ne aures tue obſurdeſcerēt ad clamorē pau-
perꝫ:ne reciperēt auditū vanū:ne detractiōis
vir9 apris portis vſqꝫq̄qꝫ ſuſciperēt. Speci-
oſa illa facies ſpecioſi forma pre filijs hoīm.
ſputis illita eſt:afflicta collaphis:abdictaqꝫ
illuſiōib9. Quare hoc? Ut facies tua illumi
naret:illuminata cōfirmaret:et diceret de te
vult9 ei9 nō ſūt ampli9 in diūſa mutati. Os
illud quod angelos docet:hoīes inſtruit:qd̄
dicit ꝛ factū eſt:felle potatū eſt ꝛ aceto. Sed
hoc factū eſt vt veritatem ꝛ iudiciū loqueret
os tuū:ꝛ ꝯfiteret dn̄m deū ſuū. Man9 ille q̄
fundauerūt celos extēſe ſunt i cruce:clauiſqꝫ
trāſuerberate duriſſimis:vt man9 tue exten-
derent ad inopē. Pect9 illud in q̄ ſunt om̄s
theſauri ſapie ꝛ ſcie dei abſcōditi:lancea mili
tari pfoſſum eſt:vt pect9 tuū a prauis cogita-
tiōib9 mūdaret:mūdatū ſcificaret:ꝛ cōſer-
uaret ſctificatū. Pedes illi q̄ꝝ ſcabellū ado-
rare debem9 q̄m ſctm̄ eſt:dura trāſfixiōe trāſ-
fixi ſunt:ne pedes tui feſtinarēt ad malū:ſed
currerēt p viā mādatorū dn̄i. Quid plura?
Pro te carnē ꝛ aīam poſuit:vt corp9 ꝛ ſpm̄
tuū ſibi vēdicaret. Totū toto ſe te compauit
Huic igit omnē vitā tuā o homo debes:q̄a
vitā ſuā p tua poſuit:ꝛ cruciat9 amaros ſuſti
nuit ne tu ppetuos ſuſtineres. Cui ꝓ'o iuſti9
viuā q̄ꝫ illi:qui ſi nō moreret ego nō viuerē?
hec Bern̄. Qui etiā ait. Uide homo q̄ amo
re te dilexit dn̄s de9 tu9:vt veſtigia ei9 ſeq̄ris
Pro te ligat9 ē:vt te a vinculis pctōꝝ abſol
ueret.p te flagellat9 eſt:vt te a flagellis eter-
ne dānatiōis liberaret.p te coronat9 ē ſpinis
vt te coronaret in cel'.p te vulnerat9 ē medic9
vt tu ſanarerꝫ egrot9.p te crucifix9 ē:vt tuas
ꝯcupiſcētias crucifigeret.p te mortu9 ē:vt te
a mortuis ſuſcitaret.p te ſepult9 ē:vt in te vi
cia ſepeliret.hec ille. ¶ Cui9 ſepulture modū
p̄dict9 doctor cartuſieñ vbi.ſ̄.c.lxvj.poīt di.
Tardāte hora rogat Johānes dn̄am vt per
mittat aptari ꝛ ſepeliri corp9 dn̄i nr̄i anteqꝫ
intret ſabbatū. Item ne pp̄ter nimiā moraꝫ
poſſent a iudeis pati calumniā. Tandē dn̄a
tanqꝫ grata ꝛ diſcreta:ꝛ cogitās ꝙ ipi Johā-
ni eſſet p filiū cōmiſſa:ampli9 ꝯtēdere nolu-
it.ac ſignās ꝛ bn̄dicēs corp9:vt volebāt apta
ri pmiſit. Tūc vnxerūt corp9 ꝛ inuoluerūt in
ſindone mūda quā Joſeph emerat:ꝛ ligaue
rūt illud lintheis etiā alijs.ſ.ſudario qd̄ ca-
piti adhibebat. ꝛ inſtitis ſeu faſcijs q̄b9 totū
corp9 alligabat.q̄ omīa etiā de lino erāt.ꝛ(vt
credit)nicodem9 attulerat. ꝛ cōdierūt corp9
aromatib9.ſic ꝯſuetū erat iudeis ſepelire pſo
nas venerabiles.quē ritū acceperūt a prib9
ſuis ſeniorib9. Dn̄a tn̄ ſp tenebat caput ipi9
in gremio ſuo.qd̄ ſibi reſeruauit aptandū:ꝛ
Magdalena pedes:apud q̄s miſicordiā eſt
ꝯſecuta. Tandē ꝓ'o Magdalena pedes la-
crimis rigatos deuote abſtergit:amplexat ꝛ
oſculat ꝛ inuoluit:ac aptat fideliꝰ q̄ꝫ melius
nouit. Sic ḡ aptato reliquo corpe reſpiciūt
ad dn̄am vt ipa compleat. ꝛ om̄s planctū re
incipiūt. Oēs em̄ ſic amariſſime flebant:vt
vix quiſqꝫ coꝝ loq̄ poſſet.videbāt em̄ matrē
om̄i ſolatio deſtitutā. ꝛ ſup illā dabant poti9
planctū q̄ꝫ ſup extinctū dn̄m ſuū. Reincipe
etiā ꝛ tu planctū ſi forte dimiſeras eū. Tūc
dn̄a vidēs ꝙ ampli9 differre nō poſſet ponit
vultū ſup faciē filij ꝛ ex inundātia lacrimaꝝ
multo magis lauit faciem q̄ꝫ magdalena pe-
des.abſtergit autem ꝛ deoſculat os eius. ꝛ in
quodā ſudario caput ipſius inuoluit:ꝛ dili

ecce quō in ſingulꝫ xps cruci fix9 oret p nobis

Mod9 ſepl'ture domini narratur

genꝰ aptat: ⁊ iterū bñdicit eū ⁊ ſignat. Et tūc
oēs adorātes flexis genibꝰ ⁊ pedes eiꝰ oſculā-
tes: accipiūt ⁊ portāt eū ad monumentū. qḋ

Diſtātia ſepulchri a monte caluarie.

a mōte caluarie diſtat paſſibus. l. Dña tene-
bat caput ⁊ Magdalena pedes: reliqui vero
erāt ī medio. vñ Anſel. Seq̄re ⁊ tu ꝓcioſiſſi-
mū celi terreqꝫ theſaurū: ⁊ porta vl' pedes vl'
manꝰ: brachiaqꝫ ſuſtēta. Terre defluētes mi-
nutatim ꝓcioſiſſimi ſanguinis guttas curio-
ſius collige: ⁊ puluerē pedū eiꝰ lige. Dolorē
quē maria in exequijs filij ſui tolerauit: oliꝫ
Dauid ī exequijs abner ꝓfigurauit. Abner
a Joab fraudulēter interfectꝰ erat. Cuiꝰ inte-
fectionē rex Dauid fereterū ſequēs lugebat: ſꝫ
etiā alios ad plorādū incitabat. ita btā virgo
⁊ alij deuoti exequias xp̄i deplanxerūt: ⁊ cor-
da ſua intima cōpaſſiōe ſciderunt. Erat aūt
ꝓpe locū crucifixiōis hortꝰ ⁊ in horto monu-
mētū nouū. ſ. ipiꝰ ioſeph ſumptuoſe factū: ⁊
ī petra exciſum. i. in vno lapide ſm quātitatē
hoīs ꝯcauatū. in q̄ nōdū q̄ſq̄ poſitꝰ fuerat. i
quo ſepelierūt eū reuerēter ⁊ deuote: flexiſ ge-
nibꝰ: magnis ſingultibꝰ ⁊ ſuſpirijs validis.
⁊ ſic dñm vite dederūt ſepulture mortiſ. Tūc
(vt ait Aug.) ad illiꝰ exeq̄as angelorū milia
miliū decātabāt. q̄ oēs ꝯuenerāt ad ſepultu-
rā dñi ſui. Illi cantabāt laudes: ſꝫ maria da-
bat gemitꝰ ⁊ ſuſpiria cordis. Quare autē in

In alieno ſepulcro voluit ſepeliri

alieno ſepulcro ſepeliri voluit: ponit Amb. q̄
ait. Saluator in aliena ſepultura ponitur q̄ ꝓ
aliena moriebatur ſalute. vt q̄d eēt illi ꝓpria ſe-
pultura q̄ in ſe ꝓpriā mortē nō hēbat. Theo-
philus vero dic. Qui domū ī vita nō habuit
pꝰ mortē q̄ſi ī alieno ſepulcro recōditur. ⁊ nudꝰ
exiſtēs a Joſeph opitur. vt oñderet abūdātiā
ꝓ nobis aſſumpte pauꝑtatis. Et Anſ. inq̄t
Pauper ita fuit xp̄s vt nō in ſua ſꝫ in aliena
domo naſceretur: ⁊ viuēs in hoc mūdo nō habe-
ret vbi caput ſuū reclinaret. nec moriēs vnde
nuditatē ſuā tegeret. nec mortuꝰ vnde inuol-
ueretur: nec ſepulcrū aut locū vbi corpꝰ ſuū po-
neretur. Sepulto aūt dño mr̄ eiꝰ oī corde am-
plexabatur ſepulcrū: ⁊ qua poterat voce bñdice-
bat filiū ſuū. ad ſepulcrū ſedens iuxta illi ma-
nus extendebat. ⁊ deſuꝑ illud oſculās amaro
nimis dño ſingultu deplorabat. Acceſſit Jo-
hānes: ⁊ lugēs etiā ipſe multū leuauit eā lu-
gentē. Et exeūtes oēs de monumēto poſuerūt
lapidē magnū ad oſtiū monumēti ꝓ clauſu-
ra. ¶ Appropinquāte aūt nocte dixit Johan-
nes dñe q̄ eis expediebat recedere. q2 ñ erat
ꝯueniēs ibi morari. vel de nocte ad ciuitateꝫ
redire. Tūc dña ꝓut pōt ſurgit ⁊ ad monu-
mētū genu flectit ⁊ ipm amplectitur ⁊ bñdicit.

Nā cruciata gemitibꝰ: fatigata doloribꝰ: af-
flicta ploratibꝰ neq̄bat ſtare pedibꝰ. tñ ſicut
poterat a mlierib' ſctis adiuta: cūctiſ ploran-
tibꝰ ſil' cū ea cepit recedere. Cū aūt venerunt
ad crucē: ibi ipa genuflexit: ⁊ crucē adorauit
ſil'r ⁊ oēs fecerūt. Cogitare itaqꝫ potes q̄ ipa
fuit ꝑma q̄ crucē adorauit. ſic etiaꝫ fuit ꝑma
q̄ filiū natū adorauit. Adorata aūt cruce īce-
debāt verſum ciuitatē Hieruſalē: ſꝫ pia dña
ſepe ſe vertebat retro aſpiciēs ꝑ cōpaſſionē. In-
trātibꝰ aūt illis ciuitatē mlti vidētes dñam
moti pietate ſuꝑ illiꝰ dolore ad luctū ꝯuerte-
bantur amarū: ⁊ ꝯcurrebāt vndiqꝫ bone matro-
ne ⁊ virgines ambulātes poſt ipam: ⁊ aſſociā-
tes eā ꝑ viā: ⁊ ꝯſolātes ac etiā lamētantes eā.
Sed ⁊ boni hoīes ꝑ q̄s tranſibat cōpatieban-
tur eidē: ⁊ mouebantur ad fletū. vndiqꝫ fit plo-
ratus magnꝰ ⁊ luctꝰ. Nam dolor eiꝰ multos
faciebat dolētes. vix lacrimas cōtinere pote-
rāt q̄cūqꝫ eā plorantē videbāt. Fiebat luctus
quocūqꝫ tranſibat maria. plorabat ipa: plo-
rabāt ⁊ oēs ambulātes cū ea. plorabāt ⁊ mul-
ti veniētes obuiā ei. Sicutqꝫ deducitur a plo-
rātibꝰ plorās q̄uſqꝫ ꝑuentū eſt ad domū Jo-
hānis. Cū aūt ventū eſſet ad domū: tūc ipſa
vertēs ſe verſus illas dñas īclinauit ſe gras
agēs. Ille vero inclinātes ſe eidē valedixerūt:
⁊ cū lacrimis receſſerūt. In domū ḡ intrans
flebat ⁊ lugebat valde cū Johāne ⁊ magda-
lena ac ſororibꝰ ſuis. ſoluebat dolor amaras
lacrimas. Deplorabatqꝫ virgo filij ſui mortē
nimis amarā in corde ſuo recolēs: ac paſſio-
nis loca: ⁊ cūcta q̄ paſſus fuerat in aīo vol-
uens. Hec oīa ꝑdictꝰ doctor cartuſieñ. Aliꝰ
aūt deuotus ꝑdicator inq̄t: q̄ poſtq̄ piiſſima
virgo ſepeliuit filiū ſuū rogauit btm iohēm: q̄
fuerat pñs in oībꝰ locis in q̄bꝰ ſteterat filiꝰ eiꝰ
poſtq̄ receſſit ab ipa Bethania cum iret ad
paſſionē: vt eā in eis duceret. ⁊ q̄d in eis filiꝰ
ſuus operatꝰ erat vel paſſus fuerat: aperiret.
Sed breuitatiſ cā ꝑtraſeo quō ꝑ viā euntes
fuerūt in loco vbi xp̄s ceciderat cum cruce
lapidē ſanguine vultꝰ ieſu cruētatū. ⁊ ibi bea-
ta virgo amaras effudit lacrimas. lapidemqꝫ
illū aſportauit adiutorio comitū. Pretermit-
tam etiā quō eūte illa in mōtē ſyon occurrit
ei cū fletu ⁊ meſticia dñs domus q̄ receperat
hoſpitio filiū ſuū: ⁊ ei pauerat cenā. erat eñi
diſcipulꝰ ieſu. ⁊ ſecū condoluit de morte eius
Itē q̄ḋ audiēs piiſſima virgo: q̄ ī eo loco filiꝰ
eiꝰ oībus apl'is lauiſſet pedes genuflexꝰ ante
eos: ⁊ eis ſuū corpꝰ in cibū: ⁊ ſanguinē ī potū
dediſſet: repꝑhēdit ipos apl'os dicēs. O igra-
ti de tāto bñficio: heu nōne debebatis potius

mortē ſubire q̄ȝ tā piū ꝛ dulcē mḡrm vr̄m de/
relinq̄re. Solū dicā ꝙ cū puenifſet btā v̄go
ad hortū i q̄ capt⁹ fuit ei⁹ fili⁹: ꝛ in q̄ cū ꝑuſq̄ȝ
app̄hēderet̄ fact⁹ i agonia ꝓlixi⁹ orabat. ꝛ fa/
ct⁹ ē ſudor ei⁹ ſicͭ gutte ſanguis decurrēt̄ꝫ i t̄rā
vt d̄r Lu. xxij. vidēs piiſſima v̄go terrā ſan
guie madefactā: ꝛ itelligēs ꝙ ille ſanguis de
fluxerat de facie filij ſui ex repſentatiōe ꝛ mēo
ria fut̄e paſſiōis: cepit alti⁹ igemiſcere ꝛ plā/
ct⁹ ac dolores p̄teritos renouare. O mirabi/
le ſpectaculū. O res nō ſine lacrimis mēorā/
da: cū meſtiſſima mr̄ ſemimortua i terrā ſe ꝓ
ſternit: oſculat̄ ſanguinē p̄cioſum dilecti filij
ſui: ꝛ ſuis ſctiſſimis manib⁹ illū recolligēs d̄r
Terra tu nō es digna poſſidere tā nobilem
theſaurū. Quis poſſꝫ a fletib⁹ ꝯtinere vidēs
bn̄dictā v̄ginē hn̄tē man⁹ ſanguie filij ſui ru
bricatas: ꝛ illū ſanguinē cū terra illa made/
facta reuerent̄ portātē ad domū Johis: Nā
ꝑo ex nimio plāctu deſiccate erāt lacrime ab
ocul' ei⁹: ipa cū ſuſpirijs ꝛ ſingultib⁹ forte di
cebat. O fonti: o mare: o flumi: o vui torren/
ti ſorgite p̄go laq̄ a ioci mei. Si chereſolia i
piāti i ſentimēti. Cum q̄ bn̄dicta dn̄a nr̄a ꝛ
nos plāgam⁹ ex recordatiōe paſſiōis filij ſui
vt ad ei⁹ gaudia poſtmodū ꝑueniam⁹: ꝛ cū
ea letemur in gl'ia ꝑadiſi. Amē.

De paſſiōe gaudij ipi⁹ beatiſſime v̄ginis
Sermo ſecūdus in hac pte.

In gaudio e/
ius nō miſcebit̄ extne⁹: ꝓuerb.
xiiij. Quātū fuerit gaudiū in
mēte v̄ginis atq̄ȝ leticia ꝛ cōſo
latio ac iocūditas ꝛ exultatio etiā in hac vita
null⁹ exp̄mere poſſꝫ ſꝫ nec cogitare: ipa autē
ſola nouit q̄ ſola experta eſt. Et ad h̄ applicari
Gaudiū mundi — poſſent v̄ba thematis nr̄i. Hic aūt nō loqui
mur de gaudio mūdano: de q̄ d̄r Ecci. ij. Ri
ſum reputaui merorē: ꝛ gaudio dixi. q̄d fru/
ſtra decipis: Dicͭ em̄ Bern̄. i q̄dā ſer. de h̄ va
no gaudio t̄pali. Extrema gaudij luct⁹ occu
pat. h̄ eſt tranſitorie leticie finis: h̄ fruct⁹ gl'ie
t̄palis. Et Job. xx. ſcp̄tū ē. Gaudiū hypocri
te ad inſtar pūcti. Iſte aūt hypocrita (vt ex/
ponit Greg. i moral'. eſt mūd⁹: q̄ hoīeȝ fallit
ꝓmittēdo ei dare verā leticiā quā dare nō pt
Tale gaudiū btā v̄go hr̄e noluit: q̄ in vanita
te mūdi nūq̄ȝ delectata fuit. Habuit āt gau/
dia oīa q̄ pōt habere cū merito aliqua pura
creatura. vn̄ de ipa exponi poſſꝫ illō. ij. Ma
chab. iiij. Gaudio ꝛ leticia repletū ē templū.
Ipa em̄ (vt alibi declarauim⁹) d̄r templū dei

De illa etiā expōi poſſet illō q̄ȝ fuit p̄dictū
Iſa. lj. ſ. Gaudiū ꝛ leticia inuenit̄ in ea: grāꝝ
actio ꝛ vox laudis. Vn̄ ipa dicebat illō Iſa.
lxj. Gaudēs gaudebo i dn̄o: ꝛ exultabit aīa
mea in deo meo. ꝛ illud Abacuc. iij. Ego au
tē in dn̄o gaudebo: ꝛ exultabo i deo ihu meo
Quis em̄ vnq̄ȝ hoc meli⁹ dicere potuit q̄ȝ mr̄
eius: Cū etiā dicat̄ Prouerb. xxx. Iuſt⁹ lau
dabit atq̄ȝ gaudebit. quāto magis gauiſa fu
it ꝛ deū ſemp laudauit iuſtiſſima genitrix il
lius: Et ſi rectis corde ē leticia: pſ. xxvj. quā
leticiā ſentiebat rectiſſimū cor inocentiſſime
v̄ginis: Et ſi oībus iuſtis ꝛ fidelib⁹ xp̄ianis
d̄r Matth. v. Gaudete ꝛ exultate qm̄ mer/
ces vr̄a copioſa eſt in celis. ꝛ Lu. x. Gaudete
q: noīa vr̄a ſcp̄ta ſunt in celis. quātu exulta/
re debuit virgo gl'ioſa: cui⁹ merces ſup om̄s
alias erat copioſiſſima: ꝛ cui⁹ nomē poſt no/
men filij dei erat in celis deſcriptū: Et ſi oīb⁹
ſe diſponētib⁹ ad grām recipiēdū d̄r Iſa. xij.
Haurietis aquas in gaudio de fontib⁹ ſal/
uatoris. quātā debuit haurire leticiā illa que
ſup oēs ſe diſponit ad grāȝ recipiēdā: Pro
fecto ipa fuit p̄miceria eoꝝ in q̄ꝝ pſona dice
bat Dauid pſ. cxxv. Repletū eſt gaudio os
nr̄m: ꝛ lingua nr̄a exultatiōe. vn̄ dixit Lu. i
Exultauit ſp̄us me⁹ in deo ſalutari meo. In
ei⁹ ei pſona p̄dictū fuerat p figurā illō. j. Re
gū. ij. Exultauit cor meū in dn̄o. Et iō dice/
re potuit in ipo ingreſſu i mūdū illō Iſa. lx.
Exultabit aīa mea in deo meo. Ipi q̄ȝ cōue/
nire pt illud Johel'. ij. Exulta ꝛ letare terra.
nā btā v̄go terra in ſacra pagina appellatur
Et illud Zach. ix. Exulta ſat̄ꝫ filia ſyō: iubila
filia hierl'm. Quare aūt ipa ſup alios letari
deberet manifeſtū eſt. nā pſ. ciiij. d̄r. Letetur
cor q̄rentiū dn̄m. ꝛ ij. Paral'. vj. Sācti tui
letent̄ in bonis. d̄r deo. Et pſ. ciij. Letabit̄ iu
ſtus in opib⁹ ſuis. ꝛ Prouī. xv. Letat̄ hō in
ſcīa oris ſui. ꝛ eiuſ. li. c. xxiij. Qui ſapiētē ge/
nuit letabit̄ i eo. Abſq̄ȝ dubio ipa q̄ ſp dn̄m
q̄ſiuit: ꝛ toto corde ei adheſit. q̄ etiaȝ iuſticia
plena: ſctiſſima: ac oīb⁹ bonis opib⁹ ornata
fuit: atq̄ȝ ſapiētiſſima ext̄is dei ſapiaȝ genuit
ſup oēs creaturas poterat dicere deo illō pſ.
xxix. Circūdediſti me leticia. ꝛ pſ. iiij. Dedi
ſti leticiā i corde meo. Vn̄ ei ꝯtinue dicebat
illud pſ. ix. Letabor ꝛ exultabo in te. Adeo
aūt ſup ueniēs i eā ſp̄uſſctūs letificauit ipaȝ
q̄ eſt dei ciuitas: iuxta illō pſ. xlv. Fluis im/
pet⁹ letificat ciuitatē dei. ꝙ ipam leticiā oīb⁹
cōicabat. ꝛ oēs cū ea cōuerſantes dulcedine
ꝛ iocūditate replebat. Vn̄ Sap. viij. dicit̄.
Nō habet amaritudinē cōuerſatio ei⁹. Nec

tediū ƺuict⁹ illi⁹:ſed leticiā ⁊ gaudiū. Quia
etiā beata ꝟgo erat ſemꝑ leta ⁊ pleno gaudio
diuinoꝝ. ideo lꝫ naturaliter eſſꝫ pulchra: tñ
ex h̄ appebat pulchrior. Ait em̄ Staci⁹ li.j.
achillei. O quātū gaudia forme adijciūt. et
Pāphil⁹ poeta ſui li.c.iij. ait. Eſt cū leticia
pulchrior oīs hō. Seruauit nanqꝫ mr̄ dei il
lud Phil'.iiij. Gaudete in dn̄o ſp: iterū dico
gaudete. gaudiū aūt habuit mltiplr̄. ſ. gau/
diū charitatis ⁊ pacis. De q̄ ad Gal'.v. dr̄.
Fruct⁹ aūt ſpūs eſt charitas: gaudiū pax ⁊c̄.
Gaudiū em̄ ⁊ pax ſunt effect⁹ q̄ imediate na
ſcunt̄ a ſpūſctō: vt ait beatus Tho.ij.ij.q.xx
viij. Habuit etiā gaudiū in ſpūſctō: in q̄ cō
ſiſtit regnū dei: vt dr̄ ad Rom.xiiij. Habuit
leticiā bone ꝯſcie. De qua Prouerb.xvij. dr̄
Anim⁹ gaudēs etatem floridā facit: ⁊ ſecura
mēs q̄ſi iuge cōuiuiū. Ecōtra ꝟo eſt de mala
ꝯſcia: iuxͣ illō Aug. in.j.ꝯfeſ. dicen̄. Juſſiſti
dn̄e ⁊ ita eſt: vt oīs anim⁹ īordinat⁹ ſit pena
ſibijpſi. Et Jſa. dr̄. Cor ipiꝫ q̄ſi mare feruēs:
q̄d quieſcere nō pōt. Et in eodē.c. etiā ſcp̄tū
eſt. Nō eſt pax impijs. Jpſa ergo habuit in
ſūmo illud gaudiū: de quo dr̄ Eccī.xxx. Nō
eſt oblectamētū ſup̄ cordis gaudiū. nā iocū/
ditas cordis eſt vita hoīs. Sctā q̄ꝫ ⁊ colum
bina ei⁹ ſimplicitas mentē ei⁹ letā tenebat et
feliciſſimā reddebat. Jnq̄t em̄ Greg.xij. mo
ral'. Nihil eſt ſimplici corde felici⁹. q̄r q̄ ino/
centiā circa alios exhibet: nihil eſt qd̄ pati ab
alijs formidet. Hꝫ em̄ q̄ſi arcē quādā forti/
tudinis ſimplicitatē ſuā: nec ſuſpect⁹ ē pati.
qd̄ ſe feciſſe nō meminit. vn̄ ⁊ bn̄ ꝑ Salomo/
nē dr̄. Jn timore dn̄i fiducia fortitudinis. q̄
⁊ rurſus ait. Secura mens q̄ſi iuge cōuiuiū
Quaſi em̄ ꝯtinuatio refectiōis ē ipa trāq̄lli
tas mētis. hec ille. Flos eē̄ ꝟgitatis nō parū
leticie mēti ei⁹ intulit. Ait em̄ Hiero. ī plogo
ſuꝑ Joh. Virgines merito in deo delicias i/
ueniunt. q̄r amore eius delicias carnis relin/
quūt. Sctiſſima q̄ꝫ ei⁹ humilitas: pia deuo
tio: obediētia prōpta: laudabilis prudentia:
ceterarūqꝫ ꝟtutū decor mirū ī modū mētē ipi⁹
letificauit. Ait em̄ Greg. Abſit vt tāta ſit de/
lectatio in vicijs quāta eſt in ꝟtutib⁹. Et ma
giſter ſen. ī.j. di.j. inq̄t. Virtutes ꝑpter ſe pe
tēde ⁊ amāde ſunt. q̄r ſuos delectāt poſſeſſo/
res ſincera ⁊ pura ⁊ ſctā delectatōe: ⁊ ī eis pa/
riūt gaudiū ſpūale. Suꝑ oīa aūt ī hoc mū/
do eā letificauit gr̄a diuina: ⁊ ſeptē ſpūſſan/
cti charismata. Nā ſuꝑ illō Prou.xiij. Lux
iuſtoꝝ letificat. ait glo. Gr̄a ē cordis delecta/
tio. Quāta ḡ habuiſſe gaudia credēda eſt: q̄
ſpūſſcti gr̄a fuit repleta: ⁊ q̄ in vtero ſuo āge

Maria hūit gaudiū multiplicit*er*

loꝝ gaudiū ꝯcepit̄. Et iō Ber. ſuꝑ miſſus ē
inq̄t. Neceſſe erat nō modico leticie ⁊ amo/
ris p̄ueniēte inflāmari incēdio: q̄ filiū patͥ ne
dilectiōis cū gaudio ſctiſpūs mox erat cōce/
ptura. neqꝫ em̄ niſi in deuotiſſimo atqꝫ puriſ
ſimo corde tāta ſe cape poterat dulcedinis ⁊
alacritatꝫ affluētia. hec ille. Sed de his oīb⁹
gaudijs ꝑnūc p̄termittam⁹ loqui: ⁊ iterū de
gaudio eiuſdē ꝟginis qn̄ filiū amiſſum quē
ꝑ triduū cū maximo dolore q̄ſierat ī templo
iuenit. Credēdū eſt em̄ ꝙ ſūmope exultauit
vn̄ cū maximo gaudio dicebat vicinis ſuis
illō Can̄.iij. Jnueni quē diligit aīa mea: te/
nebo illū nec dimittā. Pertrāſibo etiā gau/
diū qd̄ habuit ipa bn̄dictiſſima ꝟgo ex eo ꝙ
ipa ſola eſt electa mater filij dei. Jtē non refe
rā ei⁹ exultationē quā ꝯtinue hēbat ex ꝯſide
ratiōe ꝙ ꝑ ei⁹ filiū tota hūana natura libera/
ta ē ab eterna dānatiōe. Si em̄ gaudiū ma
gnū eſt angelis ſuꝑ vno pctōre pn̄iam agēte
Lu.xv. ⁊ Mat.xviij. ⁊ c. q̄r tua.l. di. ⁊.xxiij
q.iiij. §. ex his. q̄to magꝭ ipa exultare debe
bat de tota hūana natura ꝑ ſui vētris fructū
recōciliata. Quantū etiā letari debebat cū vi
deret ſe fuiſſe cām reſturationis angelice me/
diāte filio ſuo. De quo dr̄ Col'.iij. Pacificāſ
ꝑ ſanguinē ſuū q̄ in celis ſunt ⁊ q̄ in terrꝭ ⁊c̄.
Solū aūt in h̄ ſmōe de gaudijs illis diſſere
mus de q̄b⁹ cōit̄ ab eccl'ia laudat̄. q̄ in his cā/
ticis deſcribunt̄: cū ei cantt̄. Gaude ꝟgo mat̄
xp̄i q̄ ꝑ aurē ꝯcepiſti gabriele nūcio. Gaude
q̄r deo plena pepiſti ſine pena cū pudorꝭ lilio.
Gaude q̄r magi dona tuo nato ferunt bona
quē tenes in gremio. Gaude q̄r iuxͣ legē ob/
tuliſti mūdi regē ī tēpli ſacrario. Gaude q̄r
tui nati quē dolebas mortē pati fulget reſur/
rectio. Gaude xp̄o aſcēdēte q̄ in celis te vidē
te motu fert̄ ꝓprio. Gaude ꝟgo q̄r miſit pa/
raclitū quē ꝓmiſit ictōꝝ collegio. Gaude q̄
poſt ipm ſcādis. ⁊ eſt honor tibi grādis ī celi
palacio. Vbi fruct⁹ vētris tui ꝑ te nobis det̄
frui in ꝑhēni gaudio. Amē. Jſtoꝝ aūt gau/
dioꝝ ꝑmū dr̄ ſalutatiōis ſiue ꝯceptiōis. ſcd̄ꝫ
p̄turitiōis. tertiū adoratiōis ſiue oblatiōis.
q̄rtū p̄ſentatiōis. q̄ntū reſurrectiōis ⁊ aſcen
ſiōis. ſextū miſſiōis ſiue receptiōis. ſeptimū
ꝟo appellat̄ aſſumptiōis.

Septez gaudia virginis

¶ Pars ꝑma hui⁹ ſermonis de ꝑmo gau
dio beate ꝟginis quod dicit̄ ſalutatiōis ſiue
cōceptiōis.

Si aliq̄s magn⁹ imparator deſtiaret
vnū de ſuis ꝑncipalib⁹ ſecretarijs
⁊ ambaſiatorib⁹ ad aliquā paup/
culā iuuenē ad accipiendū eam in

A

Gaudiū hūit maria ī ſalutatiōe angelica

ſpōſam dilectā ipi⁹ impatorꝫ:certe īdicibilr̄ ex h̄ illa gauderet. Quātū ḡ gaudiū putandū eſt habuiſſe ſacratiſſimā ꝟginē:cū ei celeſtis panimph⁹ Gabriel genuflexus corā illa tāqꝫ dn̄a ſua reuerent̄ decātauit ex pte celeſtꝫ impatoris ꝛ dixit. Aue gr̄a plena dn̄s tecū. Quis enarrare ſufficiat quāta ſuauitas ꝛ exultatio nō ſolū mentē ſed etiā corp⁹ ipi⁹ ꝟginis intrauerit:cum ipa virgo dicēs. Ecce ancilla dn̄i ꝛc. felicitatē eternā ī vtero ſuo clauſit ꝛ incarnari fecit. Sꝫ de hac ꝯſolatōe dixi in q̄nta pte ꝑncipali hui⁹ opis:ſermone.ij. parte.iij. Nunq̇d em̄ nō ſummope exultare debebat que nō ſolū ſe gratia plenā ſed etiaꝫ in ea ſtabilitam ꝛ confirmatā cognoſcebat:ꝛ ſecura de īmarceſcibili gloria ſua facta erat. Atqꝫ ſe nō ſolū matrē creatoris factā eſſe videbat atqꝫ ſponſam eterni patris:ſed ꝛ toti⁹ mūdi dominā ꝛ angelorum reginā. Et ideo Aug⁹. in ſmone natiuitatis ei⁹ inq̇t. Gratulare beata virgo xp̄us rex ex ſolio ſuo venit ī vtero tuo. Ex ſinu patrꝫ in vterū dignat⁹ eſt deſcēdere matris ꝛc. Ipſa quoqꝫ bn̄dicta virgo alios ad cōgaudēdū ſecū inuitat dicens. Congratulamini mihi om̄es q̄ diligitis dominū:qꝛ cū eſſem paruula placui altiſſimo: ꝛ de meis viſcerib⁹ genui deū ꝛ hominē. Vn̄ ꝛ ſancta ecclia admirās ait. Genuit puerpa regē cui nomē eternū. Et gaudiū matris habens cū ꝟginitatis honore. Nec primā ſimilem viſa eſt nec habere ſequentē. Hoc autem gaudiū recepit beata ꝟgo exiſtēs in orōne: vt oſtendat̄ ꝙ de⁹ mittit gratias ſuas orōi vacātib⁹. Vn̄ mgr̄ Johes gerſon in ſua ioſephia ait.

Metra ioſephia gerſonis ꝺ gaudio marie

Virgo diuin⁹ intrat Mētis ī archanū. ſubſtollit ſeqꝫ ſup ſe. Alta ſup rapit̄:celos ſuper euolat omnes. Cuncta creata ſilent:fruitur caligine diua. Nullā interturbat tantū fantaſma quietē. Excedit mēs acta deo:loq̄turqꝫ ſilent̄. Alme pater totiēs hoīm miſerate labores. Nūc miſerere pcoꝝ:etem̄ tempus miſerēdi Venit:quo dire frāgat̄ ianua mortis. Quo celos reſeres:vtinā diſrupis illos. O celi rorate:pluāt o nubila iuſtū. Germinet ꝛ terra ſaluatorē bn̄dictū. Cōcurrūt piē ſacroꝝ carmia vatū. O, dn̄s ppe:ꝙ gēs quē deſiderat oīs Adueniet:ppera:iā non tardaueris oro. Iā ſceptꝝ a iuda ſublatū. iā danielis Viſio cōplēda:iā ꝟgo puerpa fiet. Iāqꝫ virū mulier circūdabit emanuelem. Sic ſymeon:ſic anna ſenes dixere recenter. Dū me deifici tēpli ſecreta tenerēt. Myſteriū pgrā de nimis:q̄s nouerit illō: Quis capiet:ſed certa fides pſtāda pphetꝫ. Tpis articulo illi delapſus ab alto. Preradiās gabriel totus feſtiu⁹ eo ꝙ mittit̄ ad talē:talē deferre ſalutē. Gr̄a q̄ cel:q̄ pax ſit reddita terrꝫ Infima q̄ iūgat ſūmis:de⁹ ac hō fiat. Virgis īgredit̄ thalamū cū luce choruſca Cū pulcro nimiū vultu:cultuqꝫ decoro ꝛc. vide ibi. qꝛ nimis eſſet lōgū oīa metra recitare. Inferi⁹ aūt dicit Dū ꝓtulit ore. Ecce ancilla dei:fiat miſſum mihi verbū. Format̄ ſubito nou⁹ atqꝫ nouiſſim⁹ adā. Immēſuſqꝫ de⁹ mīmos ſinuat̄ ī artus. Cōiugiū mirare nouū deitas vbi nubit Et īfra. Audijt vt gabriel rn̄ſa fidelia nouit Virginei vētris thalamo ꝟtute repēti. O, ꝟbū caro factū ē. illō ꝓn⁹ adorat. Atqꝫ peracta vidēs mādata receſſit ab illa Glorificās dn̄m:celeſtꝫ cū comitat̄ Multa cohors iubilās:hymniſqꝫ corona melodis. Glīa ſit celis dn̄o ſit pax bona terrꝫ. Mr̄ ꝛ ipſa noua ḡto noua gaudia corde Leta canit ꝛc. ¶ Hic pertrāſeo aliō gaudiū qō ipa ꝟgo habuit dum creatorē celi ꝛ terre ac dn̄m angeloꝝ ꝛ iudicē ſcloꝝ in vtero ſuo hn̄s:gaudioqꝫ ꝛ ſuauitate repleta in mōtana pręxit ad viſitandū elyſabeth. tota ſpūſctō plena erat. ad ſalutationē ſuā repleta de ſpūſctō eſt ipa elyzabeth:ꝛ exclamauit dī. Bn̄dicta tu īter mulieres:ꝛ bn̄dict⁹ fruct⁹ vētrꝫ tui. Et vn̄ h̄ mihi vt veniat mr̄ dn̄i mei ad me: Ecce em̄ vt facta eſt vox ſalutatōis tue ī aurib⁹ meis:exultauit ī gaudio infans ī vtero meo. Et beata q̄ credidiſti qm̄ pficient̄ in te q̄ dicta ſūt tibi a dn̄o. Tūc maria tātā leticiā ampli⁹ occultare nō pualēs:cū iubilo ꝛ exultatiōe mētis cecinit dicēs Magnificat aīa mea dn̄m ꝛc. Cōcludēdo ḡ ꝑma partē hui⁹ ſer. dico ꝙ h̄ ꝑmū gaudiū btiſſime ꝟgis cauſabat̄ ex q̄ttuor. Prio ex eo ꝙ effecta erat mr̄ illi⁹ cui⁹ de⁹ ſol⁹ erat pr̄. de q̄ Aug. in ſer. aſſumptiōis inq̇t ī pſona dei angelo gabrieli. Vade ꝛ antiquū ꝯſiliū ꝟgini defer marie. huic ego vnicū filiū meū:q̄ chario: alr̄ nemo fuit. ꝛ vt plen⁹ dicā:alteꝝ me donare volo vt illa ſit ei⁹ mr̄ cui⁹ ego ſum pr̄ De q̄ etiā loquēs Bern̄. inq̇t. Virgo maria te matrē pſtitit gr̄a nō natura. genitricē te dici voluit pietas:quā nō ſinebat integritas.

Gaudiū habuit ī viſitatōe eliſabeth

hoc gaudiū cauſabat̄ ex q̄ttuor

Scdo cauſabat̄ gaudiū h̄ ex eo ꝙ ꝯcipiebat opatiōe ſpūſſcti ꝛ nō ex ſemie viri. vn̄ Aug. vbi. ſ. etiā ī pſona dei pr̄is inq̇t. Exiet de ſcra ſcam̄ pillibatū vteꝝ. eritqꝫ ſine marito mr̄:c⁹ ſū ego ſine ꝯiuge pr̄. Beda ꝟo ſup Luc. ait Spūſſctūs in ꝟgie ſupuenit:q̄ ꝛ mentē ipi⁹ ſctificauit:ꝛ ī ei⁹ vtero redēptorꝫ corp⁹ opatione ſua ſine virili ſemie de ipius ꝟginis carne creauit. Ideo Hiero. in ſer. aſſumptionis

inq̃t. Cũ ad mariã acceſſit ſpũſſctũs ſicut lana cũ inficiẗ ſanguine cõchilij vel muric; vertiẗ in purpurã. ſic illa ↄuerſa eſt ſine coitu in matrẽ. vt iã nõ ſit qđ fuerat: ſed purpura veriſſima ad indumẽtũ ſũmi regis diuit⁹ aptiſſime dedicata. Tertio cauſabaẗ ħ ei⁹ gaudiũ ex eo ꝙ fuit viſitata ꝛ ſalutata a tã nobili nũcio celeſti. Vñ Aug; vbi.ſ. ait. Secreta cõiugia celebrata ſunt in ꝟginali thalamo. quibus Gabriel angel⁹ paranimphus iterfuit. Uade (inq̃t deus) gabriel: ꝛ ethereas ſedes rumpe: ꝛ bñplacitũ nr̃m ꝟgini annũcia marie. hec incolit ꝑua nazareth menia: ſed ſibi parẽt celeſtia palacia. Quarto cauſabaẗ gaudiũ ei⁹ ex eo ꝙ ꝑ eã debebat fieri gener; hũani ſalus. vñ Aug⁹. in q̃dã ſer. inq̃t. Maria impleta eſt grã: ꝛ eua euacuata eſt culpa. maledictio eue in bñdictiõꝫ mutaẗ marie. Eua peccãdo obfuit: maria viuificãdo ꝓfuit. ꝑcuſſit illa: ſanauit iſta.

¶ Pars ſecũda hui⁹ ſermõis que dicitur parturitiõis.

F Gaudiũ q̃d hũit i pturitõe cauſabaẗ ex q̃ttuoꝛ

Secũdũ gaudiũ ipi⁹ ꝟgis fuit in ꝑturitõe. de q̃ dixim⁹ i.vij. pte ꝑncipali hui⁹ opis: ſer.j.p.vlẗ. Fuit aũt cauſatũ ex q̃ttuoꝛ. Primo ex tã nobili ꝓgenie. vñ inq̃t angel⁹ Lu.j. Hic erit magn⁹: ꝛ fili⁹ altiſſimi vocabiẗ. Super quẽ locũ dr̃ Berñ. Altiſſim⁹ nanqꝫ pr̃ q̃uis oĩpotẽs ſit: nõ tñ inequalẽ ſibi filiũ gignere potuit. Fecit igiẗ angelũ magnũ ſꝫ nõ altiſſimũ. Solũ aũt vnigenitũ q̃ nõ fecit ſed genuit ipm ſibi ꝑ oĩa cõparẽ. nec iĩuriã extimat nec iacturã. Scđo cauſatuꝫ eſt gaudiũ ħ ex ↄſeruato pudore. vñ Aug. in ſer. de natiuitate dñi ait. Uir nõ trãſibit ꝑ portã. ſicut dñs ad Ezechielẽ dixit. Niſi dns de⁹ iſrl̃. vbi euidenẗ oñdit ꝙ ſctã maria ſemꝑ fuit ꝟgo. ſ. ãte ꝑtũ in ꝑtu ꝛ poſt ꝑtũ. Cõcipit ꝛ ꝟgo ẽ: generat ꝛ ꝟgo eſt: lactat ꝛ ꝟgo ẽ. Utiqꝫ corrũpi ñ potuit q̃ integritatẽ generauit. Tertio eius gaudiũ cauſabaẗ ex angelica iubilatiõe. Audiebat eñ angelos iubilãtes. vñ canit ecc̃ia. Hũ par; ꝛ gaudes ꝛc̃. Et Hugo de ſcto vicẗ. inq̃t. Ad ei⁹ partũ multitudo cecinit angelorum. Abſit igiẗ vt inter angelorũ diſcurſus ĩmũda ſederit. vij. dieb⁹. Et Berñ. ait. Fulget in tenebris lux noua de celo: gaudiũ magnũ euãgelizat angel⁹ de excelſo. laudat multitudo militie celeſt;. daẗ gl'ia deo: ꝛ pax hoĩbus bonevolũtat;. Quarto cauſabaẗ ħ gaudiũ ex eo ꝙ pariebat ſine dolore. vñ Ber. in inq̃t. O btã ſumme inter mulieres bñdicta ſola a generali maledictiõe libera: ꝛ a dolore parturiẽtiũ aliena. nec mirꝫ ſi dolorẽ nõ intulit matri qui tulit dolores toti⁹ mũdi. O ꝟe nouitas inaudita: ꝟgo pepit: ꝛ p⁹ ꝑtũ iuiolata ꝑmãſit. fecũditatẽ ꝓlis cũ carnis ĩtegritate: ꝛ gaudiũ mr̃is habẽs cũ ꝟginitatis honore. Et Hugo de ſctõ. vicẗ. ait. Btã ꝟgo maria nõ ſolũ ſine libidine ↄcepit: ſed neqꝫ de ſemine virili partũ accepit. ꝛ ob hoc ſine dolore filiũ edidit. Et Aug⁹. in ſmone natiuitatis eiuſdẽ dicit. Precisum eſt i ea illud Eue infelicitatis euloliũ. ſ. i triſticia paries filios q̃ iſta in leticia dñm ꝑturiuit. q̃ illa peccatorẽ: iſta edidit innocẽtẽ. Ipa igiẗ ꝟgo bñdicta in pariẽdo dulciſſimũ filiũ ſuum tãtã ſenſit ſuauitatẽ. tãtoqꝫ gaudio ac exultatõe fuit repleta: vt noſtris nequeat ſermonib⁹ referari. Oẽs eñ ſui ſenſus corꝑales ꝛ ſpũales ĩenarrabilẽ ↄſolatiõꝫ ꝑceꝑit. O ieffabile gaudiũ marie: cũ vidit ſe peperiſſe regẽ angeloꝝ: ſaluatorẽ mũdi: creatorẽ oĩm ꝛ deũ deoꝝ: ac dominũ dominãtiũ radios ſue diuinitat; a toto corꝑe emittẽtẽ. Cũ oculis corporeis cernebat Meſſyã a ſanctis patrib⁹ tam anxie deſideratũ. Cũqꝫ illũ i brachijs ſuis ſuſcipiẽs: dulciter ad pectus ſtringebat: ꝛ ſuauiter illi lac ſuũ virgineũ ꝓpinabat. Et ideo in corona nr̃a illi dixi. De fame guſtare vn pocho o maria. De quel piacere eſmi ſurato ardore. Che de dolceza ti paſſaua el core. Quãdo el to fiol i brazo haueui Elui del tuo lacte ſenutriua. E poi con ſoi brazeti te ſtringiua. Si che di gaudio tuta te ripiua. Quis cogitare ſufficiat quãtũ gauiſa fuerit qñ vidit paſtores filiũ ſuũ reuerẽter adorãtes. q̃ dixerũt ei Gaude gaude maria: ꝑ che ogi ride e canta la celeſte cõpagnia: e iubila tuta quãta. O iextimabilis iocũditas. O incompabile gaudiũ. O ingẽtiſſima virginis iubilatio. Si eñ natiuitas filij ſui gaudiũ attulit vniuerſo mũdo: iuẍ illud Lu.ij. Annũcio vob̃ gaudiũ magnũ qđ erit oĩ ꝑplo. quãtũ iocũda fuiſſe putãda eſt eius dilectiſſime genitrici. Nã de brõ Jacopono de tuderto ordĩs nr̃i legitur ꝙ in ſolẽnitate natiuitat; dñi nr̃i ieſu xp̃i: cũ in choro audiſſet intonari Gl'ia in excelſis deo ꝛc̃. ex mẽoria melliflue natiuitatis xp̃i ex ꝟgine. ei ꝑ dulcedine ſciſſum eſt cor: et plen⁹ iubilo et ſuauitate migrauit ad dñm. Sctũs aũt Franciſc⁹ cũ in nocte natiuitat; dñi in loco grecij poſt euãgeliũ ꝑdicaret populo de ꝑturitõe ꝟginis: viſus eſt a mlt; hẽre in brachijs ſuis dñm ihm in forma pueruli: ex cui⁹ amplexib⁹ mirũ in modũ conſolabaẗ.

¶ Pars tertia hui⁹ ſmonis q̄ dicit̄ adora
tionis ſiue oblatiōis.

Tertiū gaudiū ꝟgis glorioſe fuit in
magoꝝ adoratiōe. Vñ ſciendū ꝓ
maiori iſti⁹ gaudij declaratione ꝙ
dr̄ Iſa.xlv. dn̄o nr̄o ieſu xp̄o. Ve
re tu es de⁹ abſcōdit⁹. ſctūs iſrl' ſaluator. De⁹
em̄ p̄r dedit eū manifeſtū fieri nō oī pp̄lo: ſed
teſtib⁹ p̄ordinatis a deo: vt ait Petr⁹ Act.x.
Pertinet em̄ ad diuie ſapie ordinē: vt ei⁹ do
na ⁊ ſecreta nō eq̄lit̄ ad oēs: ſed imediate ad
q̄ſdā puenia͠t: ⁊ ꝑ eos ad alios deriuent̄. Vñ
h̄ etiā debuit circa dn̄i Ieſu natiuitatē obſer
uari. vt nō oīb⁹ manifeſtaret̄: ſ3 q̄buſdā: per
q̄s poſſet ad alios puenire. Quapropt̄ ſcūs
Tho. in.iij. p̄te ſum. q.xxxvj. ar.j. dic. Na
tiuitas xp̄i nō debuit oīb⁹ cōit̄ ee͂ manifeſta.
Primo q̄dē: q2 ꝑ hoc īpedita fuiſſet hūana
redēptio: q̄ ꝑ crucē pacta eſt. quia vt dicit̄.j.
Chor.ij. Si cognouiſſent nunq̄3 dn̄m glo
rie crucifixiſſent. Scd̄o q2 h̄ diminuiſſ3 me
ritū fidei: ꝑ quā ip̄e venerat hoīes iuſtifica
re: ſm̄ illud Rom.iij. Iuſticia dei per fidē ie
ſu xp̄i. Si em̄ manifeſtis indicijs xp̄o naſcē
te ei⁹ natiuitas oīb⁹ appereret: iā tolleret̄ rō fi
dei. q̄ eſt argumētū nō apparentiū: ad Heb.
xj. Tertio q2 ꝑ hoc veniſſet in dubiū veritas
humanitatis ip̄ius. vñ Aug. dicit in epiſto
la ad Voluſianū. Si nullas ex puulo in iu
uentutē mutaret etates: nullos cibos: nll'os
caperet ſomnos: nōne opinionē confirmaret
erroris: nec hoīe3 verū vllo mō ſuſcepiſſe cre
deret̄. ⁊ du3 oīa mirabiliter faceret: auferret
quod miſericorditer fecit. Vñ de grā dei ſal
uatoris erudiēdi erāt oēs hoīes ad ſalutem.
nō in p̄ncipio natiuitatis eius: ſed poſtea tē
pore ꝓcedēte: poſtq̄3 opatus eſt ſalutē in me
dio terre. Vnde poſt paſſionē ⁊ reſurrectiō3
ſuā dixit diſcipulis Matth.vl. Eūtes do
cete oēs gētes. hec ille. ¶ Notādū ſ̄o eſt ꝙ
natiuitas xp̄i quattuor generib⁹ hoīum fuit
manifeſtata. Primo ip̄i bn̄dicte virgini et
Ioſeph ſponſo eius: qui inſtruendi erāt de
natiuitate dei anteq̄3 naſceret̄. q2 ad eos pti
nebat reuerētiā habere prolis ꝯcepte ī vtero
⁊ obſequi naſciture. S3 q2 eoꝝ teſtimoniū
ꝓpter hoc ꝙ domeſticū fuiſſet habitū ſuſpe
ctū circa magnificationē xp̄i. Nam teſtimo
niū domeſtici reprobat̄ ⁊ non valet. l. iure ci
uili. C. de teſtib⁹. quia familiaritatis: ꝓpinq̄
tatis ⁊ cōſanguinitatis affectio veritatē im
pedire ſolet. c. accuſatores.iij. q.v. ideo opor
tuit vt alijs manifeſtaret̄ extraneis. quoru3
teſtimoniū ſuſpectū eē nō poſſet. Propter

Q3 nati uitas xp̄i n̄ debuit oīb⁹ eſſe mãifeſta.

Natiui tas xp̄i fuit quat tuor gn̄i bus hoīz manife ſtata

Ioſeph certificat⁹ eſt ab angelo Mat.j. dū
ei dixit. Ioſeph fili dauid noli timere accipe
re mariā coniugē tuā. quod em̄ in ea natū ē
de ſp̄ūſancto eſt. Scd̄o manifeſtata fuit pa
ſtorib⁹ ab angelo Luce.ij. Tertio iſtis ma
gis q̄ puenerūt ad xp̄m.xiij. die natiuitatis
eius. quo die feſtū Epiphanie. i. manifeſta
tionis ſiue apparitiōis celebrat̄. quia noua
ſtella ip̄ſis tribus magis apparuit: vt infra
videbit̄. Si em̄ reuoluto anno aut etiā duo
bus annis poſt xp̄i natiuitatē peruenīſſent ad
xp̄m: nō inueniſſent eū in Bethleem: cū ſcri
ptū ſit Lu.ij. ꝙ poſtq̄3 pfecerūt oīa ſm̄ lege3
dn̄i. ſ. pueꝝ Ih̄m offerētes in templū reuer
ſi ſunt in galileam in ſuā ciuitatē Nazareth
Quarto autē manifeſtata eſt iuſtis in tēplo:
ſc3 Symeoni ⁊ Anne pp̄hetis. qui de ip̄ſo
pp̄hetauerūt vt habet̄ Lu.ij. Et iſti omnes
poterant dicere cum magis. Vidimus ſtel
lam ei⁹: Matth.ij. ¶ De his ſ̄o magis tria
ad p̄ſens videbimus. Primū dicet̄ nomina
tiōis. Scd̄m apparitiōis. Tertiū ſ̄o obla
tiōis. Quo ad p̄mū dico ꝙ iſti reges appel
lati ſunt magi. i. malefici. vñ Exo.viij. Ma
lefici pharaonis dicunt̄ magi. ⁊ ſil'iter oēs
incātatores ⁊ diuini dicunt̄ magi.xxvj. q.v
c. nec mirū. et. l. nemo. C. de male. Dicit autē
Chryſ. ſup Mat. iſtos fuiſſe maleficos: ſed
poſtea cōuerſos. quib⁹ voluit dn̄s ſuam na
tiuitatē reuelare: ⁊ eos ad ſe adducere: vt per
hoc peccatorib⁹ ſpem venie p2eberet. ⁊ ſic poſt
conuerſionē retinuerūt denominatiō3. ſicut
etiā Simon leproſus poſt curationē. Et q̄
ſemel fuit fugitiu⁹: ſemꝑ dicit̄ fugitiu⁹. l. qui
ſit fugitiuus. ff. de edili. edic. Vel dicunt̄ ma
gi. i. illuſores: quia illuſerūt Herodē: ꝑ aliā
viam reuertētes ad regionē ſuam: Mat.ij.
Vel ſm̄ Rabanū ſuꝑ Matth. magi ſunt q̄
ſingulis rebus philoſophant̄. Magus em̄
hebraice dicit̄ ſcriba: grece philoſophus: lati
ne ſ̄o ſapiens. Vnde dicunt̄ magi. i. ſapien
tia magni. vt etiā dicit Archi. in. c. legimus
§. ſ3 ecōtra.xxxvij. di. ⁊ in. c. nec mirū.xxvj.
q.v. in verbo Magi. De his magis ſic di
cit Remigi⁹. Sciēdū eſt ꝙ varia eſt de ma
gis opinio. Quidā em̄ dicūt eos fuiſſe chal
deos. Chaldei em̄ ſtellā ꝓ deo colebāt. ⁊ ido
dixerūt ꝙ Nuncupātiuus eoꝝ de⁹ oſtēdit ve
rum deū natū. Alij ſ̄o dicūt ꝙ fuerūt perſe.
nōnulli etiā dicūt eos de vltimis terre finib⁹
fuiſſe. alij aūt aſſerūt eos fuiſſe nepotes. i. de
ſcēdētes Balaā. ⁊ magis ē credēdū. Balaā
em̄ int̄ cetera q̄ pp̄hetauit dixit Num.xxiiij
Orief ſtella ex Iacob: ⁊ ꝯſurget hō de iſrl'. ei⁹

Tres re ges dicti ſūt magi

igiť deſcēdētes hn̄tes hāc ꝓphetiā: mox vt viderūt ſtellā nouā intellexerūt natū regē ⁊ venerūt. hec Remigiꝰ. Dicit etiā Chryſ. ſuper Mat. ꝙ deſcēdētes de gn̄e Balaā elegerunt de ſeipis. xij. ⁊ ſi qs eoꝝ moriebať: filiꝰ eiꝰ aut aliqs ex ꝓpinqoribꝰ i eiꝰ locū ſuſtinebať. qui ſingulis annis certo tp̄e ſup mōtē victorialē aſcēdebāt. ⁊ ibi tribꝰ diebꝰ orabāt deū vt eis ſtellā illā de q̄ balaā p̄dixerat oн̄deret. Quadā ꝟo vice dū ſic ibidē manerent tres reges ſtella q̄dā ad eos ſup mōtē venit: q̄ habebat formā pulcerrimi pueri. ſup cuiꝰ caput crux ſplēdebat. q̄ magos allocuta eſt di. Jte velociter in terrā iuda: ⁊ regē quē q̄ritis inuenietis. ¶ De hac aūt ſtella diuſe fuerūt opiones.

[Margin: Opinio nes de ſtella magorum]

Quidā em̄ dixerūt (vt ait Remigiꝰ) ꝙ ſpūſſctūs q̄ pꝰea datꝰ ē aplīs in forma ignis: rite his magꝭ appuit i ſpecie ſtelle. Chryſ. ꝟo ſup Mat. videť tenere ꝙ fuerit angelꝰ q̄ i tli ſpecie appuit. Doctores aūt cōiter tenent ꝙ fuerit ſtella realiť de nouo creata: vt ponit Nico. de ly. ſup Mat. Vn̄ glo. ſup illo ꝟbo Vidimꝰ ſtellā eiꝰ: ait. ſ. ꝓpriā. q2 hāc creauit ad oſtēſionē ſui. ¶ Quo ad ſcðm autē videndū de magis. ſ. quare p ſtellā facta fuerit magis demōſtratio xp̄i natiꝰ. Rn̄det b. Tho. in. iij. pte ſum. q. xxxvj. ar. v. di. Sicut manifeſtatio ſyllogiſtica fit p ea q̄ ſunt magis nota ei cui eſt aliq̄d manifeſtandū: ita manifeſtatio q̄ fit p ſigna dꝫ fieri p ea q̄ ſunt familiaria illis qbꝰ fit.

[Margin: Quare xp̄s natꝰ ſe per ſtellā demōſtrauit]

Manifeſtū eſt aūt ꝙ viris iuſtis eſt familiare ⁊ ꝯſuetū iteriori ſpūſſcti edoceri inſtictu abſq3 ſignoꝝ ſenſibiliū demōſtratiōe. ſ. p ſpm̄ ꝓphetie. Alij ꝟo corpalibꝰ rebꝰ dediti p ſenſibilia ad intelligibilia deducunť. Judei tn̄ ꝯſueti erant diuia rn̄ſa p angelos accipe: p quos etiā legē acceperant: ſm̄ illud Act. vij. Accepiſtis legē in diſpoſitiōe āgelorū. Gētiles ꝟo ⁊ maxime aſtrologi conſueti ſunt ſtellaꝝ curſus reſpicere. ⁊ iō iuſtꝭ. i. Symeoni ⁊ Anne manifeſtata ē xp̄i natiuitas p interiorē inſtictū ſpūſſcti: iuť illð Lu. ij. Rnſum accepit Symeon a ſpūſctō ⁊c̄. Paſtoribus aūt ⁊ magis tāq3 rebꝰ corpalibꝰ deditis: manifeſtata eſt xp̄i natiuitas p appaririōes viſibiles. ⁊ q2 hec natiuitas nō erat pure terrena: ſ3 q̄dāmō celeſtꝭ: ideo per ſigna celeſtia vtriſq3 manifeſtať. Vt em̄ Aug. dt in ſer. de ephia. Celos angeli habitāt ⁊ ſydera ornāt: vtriq3 g̃ celi enarrāt gl'iam dei. Rōnabiliť āt paſtoribꝰ tāq3 iudeis: apð q̄s freq̄nter facte ſunt appariciōes āgeloꝝ: reuelata eſt natiuitas xp̄i p āgelos. magꝭ aūt aſſuetꝭ in ꝯſideratiōe celeſtiū corpoꝝ mā̄ifeſtata ē p ſignū ſtelle. q2 vt dt Chryſ. p cōſueta eos dn̄s vocare voluit eis cōdeſcēdēs. Greg. aūt dicit i omelia ſup Mat. Judeis tanq3 rōne vtentibus rōale aīmal. i. angelꝰ p̄dicare debuit. gētiles ꝟo q̄ vti ratiōe neſciebāt: ad cognoſcēdū deū nō p vocē ſ3 p ſigna pducunť. Et ſicut dn̄m iā loquentē annūciauerūt gētibꝰ p̄dicatores loquētes. ita cū nōdū loquentē elemēta muta p̄dicarēt. Aug. aūt dt in ſer. ephie. Abrae inumerabilis erat ꝓmiſſa ſucceſſio: non carnis ſemine: ſed fidei fecūditate generāda. et ideo ſtellaꝝ multitudini eſt compata. ſcilicꝫ Gen̄. xv. vt celeſtis ꝓgenies ſperareť. Et iō gētiles in ſyderibꝰ deſignati ortu noui ſyderꝭ excitanť vt ꝑueniant ad xp̄m p quē efficiunť ſemē Abrae. ¶ Hec aūt ſtella nō fuit vna de ſtellis celeſtibꝰ ab initio creatꝭ. vn̄ Aug. in li. ꝯ Fauſtū dt. Non ex illis erat ſtella que ab initio itinerū ſuoꝝ ordinē ſub creatōis lege cuſtodiūt: ſ3 nouo ꝟgis ptu nouū ſydus apparuit.

[Margin: Qualis fuerit ſtella magis viſa]

Beatꝰ ꝟo Tho. in. iij. parte ſum. q. xxxvj. ar. vij. inq̄t. Sicut Chryſ. dicit ſuper Mat. ꝙ illa ſtella q̄ magis apparuit nō fuerit vna celeſtiū ſtellaꝝ: multipliciter manifeſtū ē. Pmo q̄dē. q2 nulla ſtellaꝝ hac via incedit. hec em̄ ſtella ferebať a ſeptētrione i meridiē. Jta em̄ iacet Judea ad pſidē vnð magi venerūt. Scðo appeꝫ ꝫ ex tp̄e. Nō ſolū em̄ apparet in nocte: ſ3 etiā in meridie: ⁊ ſuū fulgorē oн̄debat. qð nō eſt virtutis ſtelle: ſ3 nec lune. Tertio q2 qn̄q3 appebat ⁊ quādoq3 occultabať. Cū em̄ magi itrauerūt hierl'm: occultauit ſeipam. deinde vbi herodē reliquerūt oн̄dit ſeipm. Quarto: q2 nō habebat ꝯtinuū motū ſic aiie ſtelle: ſ3 cū optebat ire magos ibat: qn̄ aūt eos optebat ſtare ſtabat. ſicut ⁊ de colūna nubis q̄ erat i deſerto dr̄ Exo. xiij. Quito q2 nō ſurſum manēs ptū ꝟgis demōſtrabat: ſ3 deorſum deſcēdēs hoc faciebat. vn̄ Mat. ij. dr̄ ꝙ ſtella quā viderāt magi i oriēte antecedebat eos vſq3 dū veniēs ſtaret ſup vbi erat puer. Ex quo patꝫ ꝙ verbū magorum dicētiū. Vidimꝰ ſtellā eiꝰ i oriēte. nō eſt ſic intelligēdū quaſi ipis i oriēte poſitꝭ ſtella apparuerit eis in terra Juda: ſ3 q2 viderūt eā i oriēte exiſtētē: ⁊ ꝓceſſit eos vſq3 in iudeā. Nō potuiſſet aūt diſtincte domū demōſtrare niſi fuiſſet terre vicina. erat g̃ n̄ i firmamēto celi collocata: ſ3 i āere vicino t̄re: vt ait Fulgentiꝰ. ⁊ ſm̄ volūtatē dei mouebať. vn̄ Leo papa dicit in ſer. epiphanie. Tribus magis in regiōe oriētis ſtella noue claritatis apparuit. q̄ illuſtrior ceterꝭ: pulcriorq3 ſyderibꝰ in ſe intuentiū oculos aīoſq3 ꝯūteret vt con-

feſtim aduerteref nō eē ocioſu3.qđ tā iſolitū
Differē/ tia illius ſtelle ab alijs
videbaf.hec ille.¶ Ex q̄b⁹ oib⁹ patz quō hec
ſtella ab alijs differebat origie.q: nō fuit cre
ata cū alijs a pncipio mūdi:ſ3 ſolū in natiui
tate xpi. Itē officio:q: alie ſtelle facte ſunt vt
ſint i ſigna ⁊ tpa: Gen.j.hec autē vt duceret
magos. Itē duratiōe:q: alie ſtelle ſī ppetue
hec aūt (vt ait Nico.de lyra) finito ſuo miſte/
rio redijt in p̄iacētē materiā. Itē in ſitu ⁊ lo/
catiōe:vt.ſ̄.dictū eſt. Itē i radiatiōe.q: ceter3
ſtellis erat lucidior:ita q̄ ſplēdor ſolis eā ob/
ſcurare nō poterat:⁊ etiā i meridie ſplēdidiſ
ſima appebat. Itē in motu:q: nō mouebaf
motu circulari:ſed pgreſſiuo. Itē in ſui de/
monſtratiōe ⁊ celatiōe ad tpus. Dicit q̄3 bea
tus Tho.vbi.ſ̄.ar.v. Stella q̄ xpi natiuita
tē manifeſtauit:oēm occaſionē error3 ſubtra
xit. Ut em̄ Aug.d̄t cōtra Fauſtū.nulli aſtro
logi ita cōſtituerūt naſcētium hoīm fata ſub
ſtellis:vt aliquā ſtellarū homie aliquo nato
circuit⁹ ſui ordinē reliq̄ſſe.⁊ ad eū q̄ nat⁹ eſt
perrexiſſe aſſeuerēt.ſicut accidit circa ſtellā q̄
demōſtrauit natiuitatē xpi. Et ideo per hoc
nō cōfirmaf error eorū qui ſortē naſcētiū ho
minum aſtroꝝ ordini colligari arbitrantur.
nō aūt credūt aſtroꝝ ordinē ad hoīs natiui/
tatē poſſe mutari. Silr̄ etiā vt dicit Chryſ.
nō ē h̄ aſtronomie op⁹ a ſtellis ſcire eos q̄ na
ſcunf:ſed ab hora natiuitat3 futura p̄dicere.
Magi aūt tps natiuitatis nō cognouerūt:
vt hinc ſumentes initiū a ſtellaꝝ motu futu
ra cogſcerēt:ſ3 poti⁹ ecōuerſo. Et ſic Aug⁹.
d̄t in ſer. Ephie.magi ab angelis aliq̄ moni
tione reuelatiōes audierūt:q̄ ſtella xpm na/
tum ſignificaret.⁊ pbabile videf q̄ a bonis.
q̄n i xpo adorādo ſal⁹ eoꝝ iā q̄rebaf.hec ille.
Et idē Aug.in li.queſtionū veter3 ⁊ noui te
ſtamēti ait. Regē intellexerūt natū cū ſtella
ĩdice tpalis rex ſoleat diſignari. Hi em̄ ma/
gi nō maliuolētia aſtroꝝ curſum:ſed rerū cu
rioſitate ſpeculabanf. Leo aūt papa in ſmōe
ephie dic. Preter illā ſtelle ſpeciē que corpo/
reū incitauit obtutū:fulgētior v̄itatis radi⁹
eorū corda p̄docuit. Btūs v̄o Tho.vbi ſup
ar.viij.inq̄t. Magi ſunt p̄mitie gentiū in
xpo credētiū:in quib⁹ apparuit ſicut in quo
dā p̄ſagio fides ⁊ deuotio gentiū venientiū
e remotis ad xpm. Et ideo ſicut deuotio et fi
des gentiū eſt abſq3 errore p inſpiratiō3 ſpi/
ritusſcti.ita etiā credēdū ē magos a ſpūſctō
inſpiratos ſapienf xpo reuerētiā exhibuiſſe.
De oblatiōe magorum
hec ille.¶ Quo ad tertiū v̄o.ſ.de oblatōe ma
goꝝ p̄dictoꝝ inq̄t Chryſ.ſup Mat. Si ma
gi regē terrenū querētes veniſſent:fuiſſent

cōfuſi.q: tātū itiner3 laborē ſine cauſa ſuſcepiſ
ſent.vn̄ nec adoraſſent:nec munera obtuliſ/
ſent.nūc aūt q: celeſtē regē querebāt:⁊ ſi ni/
hil regalis excellētie i eo viderūt:tn̄ ſoli⁹ ſtel/
le teſtimonio cōtēti adorauerūt. Uiderūt eni3
hoiem ⁊ adorauerūt deū:⁊ obtulerūt mune
ra dignitati xpi cōgruētia. Aurū quidē qua
ſi regi magno.thus qđ in dei ſacrificio ponif
imolāt vt deo.myrrha qua mortuorū corpa
cōdiunf prebef tanq̄ p ſalute oīm morituro.
Greg.q̄3 in omelia Ephie idē confirmans
ait. Magi v̄o aur:thus ⁊ myrrhā deferūt.
Aur q̄ppe regi cōgruit.thus v̄o in dei ſacrifi
cio ponebaf.myrrha aūt mortuoꝝ corpa cō/
diunf. Aū ḡ magi quē adorant etiā myſticis
munerib⁹ p̄dicāt.auro regē:thure deū:myr
rha mortalē. Alij aūt q̄dā doctores dicūt q̄
obtulerūt aur in paupertatis ſbſidiū:thus in
ſtabularis fetor3 remediū.myrrhā v̄o i tene
ritudis puerilis obſequiū:ad vnguēda mē/
bra illi⁹ debilia ⁊ tenera ac delicatiſſima:qui
nr̄as penalitates ⁊ infirmitates aſſumpſit.
Magi cōmēdāf
Hos autē beatos magos admirabiles nob
reddit labor itineratiōis.q: longitudo viaꝝ
nō retraxit eos q̄n pgerēt ad dn̄m nr̄m ieſu3
xpm.nō etiam difficultas tpis:q: in hyeme.
nō multitudo expenſarū quas optebat face/
re.nō teneritudo cōplexionū:q: erāt delicate
pſone.nō piculū pſonaꝝ:q: eis poterāt fieri
multe iſidie.nō timor vſurpationū.ſ.ne ſua
regna ab alijs interim vſurparenf. Uenera
biles etiā eos reddit audacia cōfeſſiōis:q: co
rā herode (q̄ regnū iudaicum ſibi vſurpaue
rat) cōfeſſi ſſ xpm natū eē regē iudeoꝝ.¶ S3
h̄ q̄ri p̄t:quō i.xiij.dieb⁹ potuerīt magi veni/
re de vltimis t̄re finib⁹.vl ſaltē de t̄ra lōginq̄
vſq3 in hierlm:q̄ eſt i medio t̄re habitabil cū
a patria eoꝝ vſq3 i hierlm eēt via vni⁹ anni:
ſm Chryſ. Et rn̄det Remigi⁹ q̄ puer ad quē
ppabāt.eos i tā breui ſpacio p̄ducere potuit
Uel dicendū ſm Hiero.q̄ ſup dromedari/
os venerūt:q̄ ſunt velociſſimi.⁊ tātū currūt
vna die q̄tū eq̄ in mlt3. Et tūc ipletū eſt illđ
Iſa.lx. Inundatio cameloꝝ opiet te.drome
darij madian ⁊ epha. Si etiā q̄raf:q̄re poti
us in hierl3 preterūt q̄3 ad aliā ciuitatē ad q̄
rēdū xpm: Rn̄det Remigi⁹ q̄ hierlm mag
erat ciuitas ⁊ regal.⁊ iō credebāt q̄ tal puer
nō niſi i regia ciuitate naſci deberet. Uel ibi
Quare magi venerūt in Hierlm
preterūt vt locū natiuitat3 xpi certi⁹ diſcere
poſſent. q: ibi ſapiētes ſcribe ⁊ legis doctores
reſidebāt:vt iplerēf qđ dictū ē p pphā3 Iſa.
ij. De ſyon exibit lex:⁊ v̄bū dn̄i de Hieruſa/
lem. Item vt ſtudio magorū dānaref pigri

tia iudeoꝝ.vt.ſ.eſſent ĩexcuſabiles.quia po/
tuiſſent dicere. Nos q̇dẽ locũ natiuitatis ſci
mus:ſꝫ tps ignoram⁹. Et iõ magi oſtẽderũt
eis tps:ꝛ didicerũt ab ipis locũ. O quanta
igiť fuit deſidea iudeoꝝ.q̇ cũ p̄ ſcр̄turas iue/
nirẽt xp̄i aduẽtũ eſſe ꝓpinquũ.viderẽtqꝫ re/
ges a finib⁹ terre veniſſe ad eũ q̄rẽdũ ꝛ ad/
orãdũ.iuxͣ ꝓphetiã Dauid pſ.lxxj. Reges
tharſis ꝛ iſule munera offerẽt:reges arabũ ꝛ
ſaba dona adducẽt. Et adorabũt eũ om̄s re
ges ꝛc̄.nõ curauerũt ad locũ natiuitatis xp̄i
eis vicinũ:ꝛ ab ipis demõſtratũ magis vna
cũ illis ꝓpare. Sꝫ h̄ deo ꝑmittẽte factũ eſt ꝓ
pter eoꝝ maliciam. Ut em̄ d̄r in cõi ꝓuerbio
Achio dio vol male li tolle el ſeno. Ut etiaꝫ
d̄t Greg.vbi.ſ̄.ideo ſtella diſꝑuit ꝓpe hieru
ſalẽ:vt magi nece haberẽt ꝑcũctari p̄ncipes
iudeoꝝ de ortu Meſſye:ꝛ ſic duplici teſtimo
nio firmarenť in fide.ſ.ſtelle ꝛ ſacre ſcр̄ture.
Ipi em̄ ſcribe ꝛ phariſei allegauerũt ꝓphe/
tiã Michee.v.vbi d̄r ꝙ meſſyas naſci debe
bat in Bethleem. ¶ Sꝫ h̄ inq̇rẽdũ eſt:q̇ cã
magos ipulerit ad ſumẽdã tam lõgã ꝛ diffi/
cilẽ viã⁝ Et rñdet Aug⁹.in ſ̄mone p̄dicto ſic
dicẽs. Cũ al's multi nati eſſent reges iudeoꝝ
nũq̄ꝫ quẽqꝫ illoꝝ ad adorandũ queſierũt:qꝛ
nec quẽqꝫ illoꝝ de celo loquẽtẽ didicerẽt. Nõ
itaqꝫ regi iudeoꝝ quales illic eẽ ſolebãt hũc
tam magnũ honorẽ lõginqui alienigene ab
eodẽ regno extranei a ſe deberi arbitrabanť
ſed talẽ eſſe natũ didicerãt in quo adorando
ſe ſalutẽ q̄ ſ̄ꝫ deũ ẽ ꝯſecuturos mĩme dubita
rẽt. Neqꝫ em̄ etas:cui ſaltẽ adulatio hũana
ſeruiret:nõ in mẽbris purpura:nõ in capite
diadema fulgẽs:nõ pompa famulantiũ:nõ
terror exercit⁹:nõ glorioſa fama ꝑliorũ hos
ad eũ viros ex remotis terris cũ tanto voto
ſupplicatõis attraxit. Iacebat in pſepic pu
er ort⁹ recenť exigu⁹ corpe:ꝯtẽptibilis paup
tate.ſed magnũ aliq̄d latebat ĩ ꝑuulo q̄ d̄ il/
li homines p̄mitie gentiũ nõ terrena p̄tãte:
ſed celo narrãte didicerũt.hec ille. Cognoue
rãt em̄ ꝑ apparitõꝫ illi⁹ ſtelle:ꝙ nat⁹ erat ille
q̇ ait Apoc̄.vl. Ego ſum gen⁹ ꝛ radix dauid
ſtella ſplendida ꝛ matutina. Quare autẽ ab
oriente venerint aſſignat Chryſ.ſup Mat.
rationẽ dicẽs. Ab oriẽte venerũt magi.qꝛ vñ
dies naſciť:inde initiũ fidei ꝓceſſit.quia fi/
des lumen eſt aĩaꝝ.vel qꝛ oẽs q̇ ad xp̄m ve/
niũt ab ipo ꝛ ꝑ ip̄m veniunt. ¶ Cur aũt He
rodes rex turbat⁹ ſit:tres ĩter alias ꝑñt cau/
ſe aſſignari. Primo.ſ.vt celſitudo maieſtatꝭ
xp̄i monſtrareť. Uñ Grego.vbi.ſ̄.ait. Celi
rege nato rex terre turbat⁹ eſt.qꝛ nimirũ ter/
rena altitudo ꝯfundiť:cũ celſitudo celeſtis
apiť. Scd̄o vt eius iudiciaria p̄tãs cogno/
ſcereť vel figurareť.vñ Aug.vbi ſupra dicit
Quid erit tribunal iudicãtis q̄n ſupbos re/
ges cuna terrebat ĩfantꝭ⁝ Tertio vt deiectio
regni diaboli oñdereť.vñ Leo papa vbi.ſ̄.
inq̇t. Nõ tantũ herodes in ſemetipo turba
tur quãtũ diabol⁹ in herode. Herodes em̄
hoĩem xp̄m extimabat:ſed diabolus deum:ꝛ
vterqꝫ regni ſui ſucceſſorẽ timebat:diabolus
celeſtẽ:ſed herodes terrenũ. Supflue tamẽ
timebat herodes.quia xp̄us nõ venerat re/
gnũ terrenũ in terra hr̄e.vñ Leo papa vbi
ſ̄.ait ipi herodi. Nõ capit xp̄ꝫ regio tua.nec
mũdi dñs p̄tãtis tue ſceptris eſt ꝯtẽt⁹ angu
ſtis. Sis etiã hieroſolyma turbata eſt de na
tiuitate xp̄i:cũ tñ ſumme gaudere deberet.qꝛ
vt inq̇t Chryſ.de aduentu iuſti non poterat
gaudere iniq̄. Uel turbatã ſe oñdit(licet nõ
eſſet)vt ſe ſuſpectã nõ redderet tyrãno:ſi ſe le
tã oñdiſſꝫ de natiuitate regis iudeoꝝ. Et for/
te hac de cã nemo iuit cũ magis ad videndũ
eũ. Cũ aũt ipi magi diſceſſiſſent ab herode
maligno ꝛ fraudulento.qui q̄rebat occidere
xp̄m.ſimulãs tamẽ cũ magis ſe velle adorare
eũ. Ecce ꝙ(vt d̄r Mat.ij.)iterũ eis appuit
ſtella q̄ p̄mo diſparuerat. Et in eodẽ.c.diciť
Uidẽtes aũt ſtellã magi gauiſi ſunt gaudio
magno valde. In tota aũt ſacra ſcр̄tura nul
libi reperiunť tot verba leticie ſimul poſita q̄
quidẽ verba ſunt vnita ad denotãdũ ineffa/
bile eoꝝ gaudiũ. Per tria autẽ v̄ba leticie.ſ.
gauiſi ſũt gaudio mag̃:ſignificať leticia oĩm
triũ potẽtiaꝝ aĩe.q̄ tote erãt intẽte ad q̄rẽdũ
ꝛ iueniẽdũ v̄ginis filiũ:que letate ſunt vehe
mẽter. Dũ aũt addiť valde:denotať gaudiũ
oĩs ſenſus corpis repleti leticia ex inuentõe
xp̄i. Uidẽtes em̄ ſtellã certificati ſunt ꝙ ip̄m
indubitãter in ꝓximo iuenirẽt:cũ bethleem
vbi nat⁹ erat ꝓpe ad q̇nqꝫ miliaria eẽ cogno
uiſſent.vñ ſequiť in predicto euãgelio ꝙ ipa
ſtella precedẽs eos duxit ad locum vbi erat
puer:ꝛ ibi firma ſtetit indicans eis ꝙ ibi in
illo tugurio erat ſaluator mũdi cum virgine
benedicta matre ſua.vnde ſequiť. Et intrã/
tes domũ inuenerũt puerũ cũ maria matre
eius. O iocunda inuẽtio. Deſideria em̄ cũ
cõpleta fuerint delectãt aĩam: Prouerb.xiij.
Et ꝓcidẽtes adorauerũt eũ. Ubi Bern.ex/
clamat dĩ. Quid facitis o magi q̇d facitis⁝
Lactãtẽ puerũ adoratis in tugurio vili:ꝛ vi
libus pannis. Ergo ne de⁹ iſte⁝ Et vbi eſt re
gis aula⁝ vbi curie regalis frequẽtia⁝ nũq̇d
aula eſt ſtabulũ⁝ thronus pſepiũ⁝ frequẽtia

Quare magi tã lõgã viã aſſũpſerũt

Quare herodes turbat⁹ ẽ

Joſeph ꝛ maria: Iſti inſipientes ſunt vt fie
rent ſapiētes. hec ille. Sequit᷑ aūt. Et aptis
theſauris ſuis obtulert ei munera: aurū: thꝰ:
ꝛ myrrhā. In quo actu myſtice deſignauert
Cōditio nes bone oblatōis vel el'ync ꝯditōes quas debet hr̄e bona oblatio ꝛ el'yna
Dum em̄ dicit᷑ aptis: oſtendit᷑ largitas eius
theſaurꝫ bonitas: ſuis ꝓprietas. vt non ſolū
elemoſyna fiat largiter ꝛ abūdāter ī magna
copia ꝛ de bonis rebꝰ nō corruptis: ſꝫ etiā de
ꝓprijs ꝛ nō alienis rebus. Dū aūt addit᷑ ob
tulerūt: denotat᷑ celeritas ꝛ hilaritas: vt fiat
libent᷑ ꝛ alacri aīo ꝛ vultu: ꝛ cito pueniēdo pe
titiōꝫ pauptatꝫ: ꝛ nō expectādo vt pcibꝰ extor
queat᷑. Dū ṽo dr̄: ei: ſignificat᷑ diſcretio el'yne
ꝛ ſinceritas: vt. ſ. fiat diſcrete paupi ꝛ nō di/
uiti ſiue nō indigēti: nec ex vana gl'ia vl' alio
malo fine: ſed ſincere ex charitate ꝛ amore dei
vt ei ſit datū qḋ eius cā dat᷑ paupi. Dū aūt
addit᷑ munera: oſtēdit᷑ liberalitas el'ync. vt ꝙ
ex debito ꝛ ꝓ ſua mercede dꝫ q̇s hr̄e: ei nō de
tur tāqꝫ el'yna. ꝛ ne det᷑ aliq̇d alicui ſb̄ ptextu
pietatis: vt poſtea amplꝰ habeat᷑ ab eo. Dū
aūt dr̄. auꝝ: thus ꝛ myrrhā. q̄ tria q̇libet eoꝝ
obtulit: vt dicūt doct. vnde falſa eſt illa ſentē
tia. Gaſpar fert myrrhā: thus melchior: bal/
thaſar auꝝ. Ex hac diuerſoꝝ munerū obla/
tiōe denotat᷑ varietas elemoſyne. Nō ei ſuf/
ficit paupi dediſſe panē ſi vino vel veſtimen
to indigeat: ꝛ q̇s ei ſubuenire pōt. Quid au
tē myſtice deſignarent hec tria munera circa
ꝑſonā xp̄i ſupius diximꝰ. De quo etiā eccl'ia
in officio ephīe canit. Tria ſunt munera pre
cioſa q̄ obtulerūt magi dn̄o in die iſta. ꝛ hn̄t
in ſe diuina myſteria. in auro vt oſtendat᷑ re
gis potētia. in thure ſacerdotē magnū conſi
dera. ꝛ in myrrha dn̄icā ſepulturā. ¶ Notā/
Magi cōgrue il la tria ob tulerunt dū ṽo eſt ꝙ qꝛ ordo rōis exigit: vt ſm̄ gradū
dignitatis ꝛ excellētie ꝛ valoris alicui cultꝰ
exhibeat᷑ honoris ꝛ reuerētie. c. ſtatuimꝰ. de
maio. ꝛ obe. Vn̄ cū magnꝰ cultꝰ honoris ꝓpē
datur in munerū oblatiōe: magnis ꝛ dignis
ꝑſonis nō vilia ſed magna ꝛ nobilia ſunt do
naria faciēda ꝛ offerēda. Nā vt dicit᷑ in. c. ꝛ
ſi queſtiōes. de ſimo. In accipiēdis vl' dādis
muneribꝰ ꝑſone dantis ꝛ accipiētis eſt qua/
litas attendēda. ideo cū ipi offerētes eſſent ſa
pientiſſimi ꝛ cognoſcerēt nobilitatē rerum: ꝛ
eſſent diuites: qꝛ reges ꝛ dn̄i: ꝛ offerre vellēt
ei q̇ eſt potēs in celo ꝛ in terra. q̇ dixit Mat
thei. xxviij. Data eſt mihi oīs ꝑtās in celo ꝛ
ꝛ in terra. Cōgrue elegerūt facere ei oblatio
nē de tribꝰ. q̄rū q̄dlibet in genere ſuo eſt opti
mū. Auꝝ em̄ eſt potioris valorꝫ int᷑ metalla
thus potioris odoris int᷑ aromata: myrrha
potioris vigoris īter vnguēta. Recte ḡ dn̄o
ieſu obtulerūt auꝝ: qꝛ ipe eſt rex regū et dn̄s
dn̄antiū: Apoc. xix. Auꝝ nāqꝫ offert᷑ regibꝫ
ꝓ tributo. c. ſi tributū. xj. q. j. ꝛ ꝑ glo. in. c. ge
nerali. in ꝟ. regalia. de elect. li. vj. Quia ṽo ī
thure ſapiā deſignat᷑: vt ait Salomō Sap.
vij. dicēs de ſapiā: ꝙ infinitꝰ eſt theſaurꝰ ho/
minibꝰ. Ideo cōgrue illud obtulerūt ei in q̄
ſunt oēs theſauri ſapiē dei abſcōditi. Col. ij.
Et ſic in auro ꝛ thure eū ꝓfeſſi ſr̄ eſſe verū re
gē de regio genere dauidico: q̇ ꝓmiſſus erat
in lege ſup Iſrael regnaturꝰ. atqꝫ ſummū ſa/
cerdotē de ſtirpe Aaron: q̇ debebat ſacrificare
ſuū p̄cioſiſſimū corpꝰ ſup arā crucis. ꝛ deū ac
dn̄m ſuū. Per myrrhā ṽo eū deſignauert de/
bere ꝓ humani generis redēptiōe mori: ꝛ in
ſepulcro myrrha eius corpꝰ cōditi. ſic poſtea
factū fuiſſe ptꝫ Joh. xix. In his ḡꝫ muneribꝰ
d̄ſignauert tria munera q̄ oēs fideles xp̄iani
dn̄t offerre dn̄o ieſu. nā apto theſauro ſuo de
bēt de ſcrinio cordis ſui offerre ei cordialē di/
lectionē ꝛ charitatē q̄ ꝑ aurū figurat᷑. qꝛ ſicut
aurū eſt valore maximū ꝛ virtute optimū.
nā cor debile reſtaurat ꝛ ꝯfortat. ꝓpter hoc
ponit᷑ in electuarijs infirmoꝝ. Item in teno
re ſolidū multūqꝫ durans. ſic charitas inter
oēs virtutes ꝓ̇ncipatū tenet. ꝛ q̇ de ea plꝰ ha/
bet plus valet. ꝛ q̇ nihil charitatis habet ni/
hil valet. vt ptꝫ. j. Chor. xiij. vbi apoſtolꝰ ait
Si linguis hoīm loquar ꝛ āgeloꝝ: charita
tē aūt nō habeā: nihil ſum. Itē charitas ſup
ueniēs reſtaurat oīa merita ꝑdita: ꝛ cōfor/
tat corda debilia ad opandū inſtāter opera
ṽtuoſa. Et ideo charitatē nō habēti d̄r dn̄s
Apoc. iij. Dicis qꝛ diues ſum ꝛ locuples: et
nullīꝰ egeo. Et neſcis qꝛ tu miſer es ꝛ miſera
bilis: pauper: cecꝰ ꝛ nudus. Sed ſuadeo ti/
bi emere a me aurū ignitū vt locuples fias:
ꝛ offeras deo tuo. Charitas etiā eſt ſolida: qꝛ
tenet hominē ſolidū ꝛ firmū in bono. vn̄ de
ea inq̇t Apl'us vbi. ſ. Charitas nūqꝫ excidit
trāſſumptiue in. c. charitas nūqꝫ. de peni. di.
ij. Et ideo de habēte charitatē dici poteſt illḋ
Eccl. l. Quaſi vas auri ſolidū. Item q̇libet
fidelis debet dn̄o ieſu offerre thus deuote lau
datiōis ꝛ oratiōis. quia ipe ait pſ. xlix. Sa
crificiū laudis honorificabit me ꝛc̄. Et ideo
vnuſquiſqꝫ debet dicere cū eodē ꝓpheta ibi
dē. Dirigat᷑ dn̄e oratio mea ſicut incēſum ī
ꝯſpectu tuo. Eleuatio manuū meaꝝ ſacrifici
um veſptinū. Et tūc de quolibet tali dici po
tuerit illḋ Eccl. l. Quaſi thus ardēs ī igne
poſitū. Itē debemꝰ illi offerre myrrhā carna
lis afflictōis ꝛ mortificatiōis: pniāqꝫ ꝛ mace

ratiõis. Sic em̃ myrrha lz ſit amara: habet
tñ odorẽ bonũ ⁊ vigorẽ ꝯſuatiuũ a putrefa/
ctiõe. ſic pnĩa licz videat̃ eſſe amara q̃ ad ſen
ſualitatẽ: tñ eſt odorifera deo ⁊ nos pſeruat a
putrefactiõe vicioꝝ. ⁊ eſt valde vtilis ⁊ fru/
ctifera: iux̃ illð Jac. j. Dis diſciplina i pñti
q̃dẽ nõ videt̃ eẽ gaudij ſz meroris. poſtea ṽo
fructũ pacatiſſimũ affert exercitatis per eã.
Et tũc dicere poterit q̃libet noſtꝝ illud Ecci.
xxiiij. Quaſi myrrha electa dedi ſuauitatem
odoris. ⁊ illð Can. v. Man⁹ mee diſtillaue
rũt myrrhã: ⁊ digiti mei pleni ſunt myrrha
pbatiſſima. Et pdicta q̃ſi oĩa ꝯfirmat Gre.
in omelia Epphie. ¶ Sed iam ad contẽplan
dũ ṽginis gaudiũ veniam⁹. Si em̃ tãtũ ga
uiſi ſunt magi de vna ieſu xp̃i viſione. quãtũ
gaudere debebat ei⁹ mater de q̃tidiana eius
amplexatiõe: oſcl̃atiõe: lactatõe ⁊ dulciſſima
ꝯuerſatõe. Cogita aliquãtulũ o paupercula
mulier: ꝙ ſi eſſes in puerpio decubãs cũ filio
⁊ in maxima paupꝺtate. quãtũ gaudiũ habe/
res ſi aliquis ṗpotẽs dñs coram eo genu fle/
cteret: et ei precioſa munera offerret. Quãtũ
ḡ gaudere debebat ṽgo bñdicta: q̃ paupcula
exiſtẽs vidit iſtos tres reges ſapientiſſimos
ac potẽtes: q̃ cũ tãta comitiua de tã lõginq̃s
ptibus ad viſitandũ filiũ ſuũ venerãt: ſtella
eos ducẽte. eidẽ filio ſuo adorato tanq̃ȝ eorũ
vero deo: tam pcioſa munera abũdãter offer
re: ⁊ ſuis om̃ib⁹ neceſſitatib⁹ copioſiſſime ſa/
tiſfacere. Poſſum⁹ autez deuote meditari ꝙ
ex̃is bñdicta ṽgo ſola in diuͥſorio cũ puero
ſuo atq̃ȝ Joſeph: ac boue ⁊ aſino: ſentiẽs tot
gentes: equos: pedites: camelos: milites: ba
roneſq̃ȝ cum turba magna venire: cepit time
re ne iſti venirẽt ad pdendũ filiũ ſuum. vñ
ſubito accipiẽs eũ poſuit in pſepio: ⁊ feno co
operuit. O ieſu dulcis. O imperatoꝛ mũdi.
O infinita maieſtas. O ſũma potẽtia ⁊ bo/
nitas: quõ ſtas? vbi cubas? vbi q̃eſcis? Cõ/
ſidera modicũ o ſenſualis ⁊ carnalis: q̃ gau/
des mũdo ⁊ delicijs. Vñ Bern. inq̃t. Quid
vltra gl̃iaris o diues in volutabro lecti picti
⁊c. Abſconſo igit̃ dulci ieſu inter bouẽ ⁊ aſi/
num: ecce appropinquant ſcutiferi ⁊ famuli
alieq̃ȝ gẽtes. Stella aũt ſtabat ſupra locum
vbi erat dñs ieſus: nec vltra pgrediebatur.
Arbitrãtes ḡ ꝙ ibi eẽt: itrãtes ipi reges: ⁊ ne
minẽ vidẽtes niſi mariã paupercula puellã
⁊ ioſeph. Egrediunt̃ ⁊ aſpiciẽtes ſtellam: vi/
dẽt eã firmã ſtare ſupra pſepiũ. ⁊ iterũ ingre
diunt̃: ⁊ nõ vidẽtes eũ iteꝝ egrediunt̃ ⁊ vidẽ
tes ſtellã ſtare imobilẽ. tertio igrediunt̃ q̃rẽ/
tes vbi erat puer qui natus erat rex iudeoꝝ.

Quãtũ gaudiũ Maria habuit de regũ ob/latione

Quib⁹ cũ tiore dixit benigna ṽgo. O reges
o principes: rogo amore dei ne moleſtetis me
paupculã matrẽ. Tũc illi h̄ audiẽtes dixerũt
O ṽgo ſctã. O ṽgo illibata. O mr̃ dei ne ti
meas. vidim⁹ em̃ ſtellã ei⁹ in oriẽte: ⁊ venim⁹
cũ munerib⁹ adorare eũ. nos venim⁹ bñface
re ⁊ nõ male. Ne tardes obſecram⁹ oſtẽdere
nobis deſideriũ cordis noſtri. O ſpes noſtra
vbi es? O gaudiũ nr̃m. O expectatio noſtra
O dulcis ihũ: oſtẽde nobis faciẽ tuã ⁊ ſalui
erim⁹. Vidẽs aũt pijſſima ṽgo eoꝝ magnã
deuotionẽ ⁊ fidẽ: prexit ad pſepiũ. Cõſidera
mõ quõ illi reges ⁊ barones ſũma cũ reuerẽ
tia ac deuotõe ipam ſequũt̃ eũtẽ ṽſus pſepiũ
Et ſbito btã ṽgo cũ veniſſet vbi erat fili⁹ ge
nu flexit: ⁊ illi ſil̃r. Et tũc diſcoopuit benigniſ/
ſimũ ihm: ⁊ oñdit illis. Quẽ illi vidẽtes: ſb/
ito depoſitꝭ coronis ⁊ ſceptrꝭ regalib⁹ adora/
uerũt eũ: ⁊ nõ potuert̃ lachrymas ꝯtinere. ſz
cũ fletu exclamauerũt dicẽtes. O diuia boni
tas vbi iaces? O ſaluatoꝛ mũdi. O gaudiũ
angeloꝝ quõ te humiliaſti? O quãt⁹ feruoꝛ
O magnanima fides iſtoꝝ regũ: q̃ nõ ſuſpi
cati ſũt idignũ regꝭ hitaculũ: nõ paupꝺtatẽ ma
trꝭ: nõ viles pãniculos: nõ aſpitatẽ feni: non
feditatẽ ſtabuli: nõ puitatẽ pueri: ſz i abiecto
loco ⁊ aſpo feno mirabant̃ filij dei hũilitatẽ:
q̃ exinaniuit ſemetipm: Phil. ij. In paupta
te mr̃is ſtupebãt de idicibili ei⁹ paupꝺtate. In
vilib⁹ pãniculis attẽdebãt ſplẽdorẽ virtutũ
In mortali carne ꝯſiderabũt ineffabilẽ eius
dignatiõez. ¶ Poſſum⁹ aũt ꝯtẽplari ꝙ dia/
bol⁹ conat⁹ eſt auferre magos a fide xp̃i: ꝓba
re ꝙ nõ erat de⁹: ſed pur⁹ hõ multis ratiõib⁹.
Quib⁹ ſapiẽtiſſima virgo rñdit. Et pmo ſic
arguit diabol⁹ di. Iſte puer generãd⁹ annũ
ciat⁹ eſt feie. ḡ eſt tm̃ hõ ⁊ nõ de⁹. ꝯſeq̃ntia pz
qꝛ Iſaac: Samſon ⁊ Johẽs baptiſta annũ/
ciati ſunt parẽtib⁹ ſuis: qui tñ nõ fuerũt niſi
hoies. Rñdit btã ṽgo. Veꝝ ẽ ꝙ iſte puer an
nũciat⁹ ẽ mihi naſcitur⁹ ex me: lz ṽgine rema
nẽte. qð de alijs ñ fuit. De me em̃ pdictũ fu/
it Iſaie. vij. Ecce ṽgo ꝯcipiet ⁊ pariet filiũ: ⁊
vocabit̃ nomẽ ei⁹ emanuel. i. nobiſcũ de⁹. Et
Ezech. xliiij. Vidi portã in domo dñi clauſã
⁊c. ⁊ Dan. ij. Lapis abſciſus eſt de mõte ſine
manib⁹. Scðo dixit diabol⁹. Iſte puer ꝯce/
ptus eſt i vtero feie. ḡ eſt hõ ⁊ nõ de⁹. pꝫ ꝯſe/
quẽtia. Qꝛ de⁹ cũ ſit infinit⁹ oia implet. Vñ
ait Hiere. xxiij. Celũ ⁊ terrã ego ipleo. ḡ nõ
potuit claudi ṽgis vtero. Rñdit beata ṽgo
illud Auguſtini in li. cõtra Fauſtum mani/
cheum di. Nõ plane catholica fides q̃ xp̃m
dei filiũ natũ ſm carnem credit ex ṽgie vllo

P
Quõ diabol⁹ conabat̃ reges auferre a fide p decẽ argumẽta.

mō eūdē dei filiū ſic ī vtero mulierꝫ includit.
q̄ſi extra nō ſit:q̄ſi celi ⁊ terre adminiſtratoꝫ
deſeruerit:q̄ſi a p̄re receſſerit.ſꝫ vos manichei
corde illo q̄ nihil poteſtꝫ niſi corꝑalia fantaſ/
mata cogitare.iſta oīno nō capitꝫ ⁊c. Dixit
q̄ꝫ illud eiuſdē Augꝰ.in ep̄la ad Uoluſianū
Hoim iſte ſenſus eſt nihil niſi corꝑa valētiū
cogitare:q̄rū nullū pōt vbiq3 eē totū.q̄m p̄
īnumerabiles ptes aliud alibi habeat̄ neceſſe
eſt.longe alia eſt natura aīe q3 corꝑis:quāto
magis dei q̄ creator eſt anie ⁊ corꝑis.q̄ nouit
vbiq3 totꝰ eſſe:⁊ nullo cōtineri loco:nouit ve
nire nō recedēdo vbi erat.nouit abire n̄ diſ/
cedēdo q̄ venerat.vn̄ nō eſt facta mutatio in
deo:ſed in hoīe aſſumpto. Tertio arguit dia
bolꝰ di. Iſte puer natꝰ eſt ex feia:ḡ eſt hō ⁊ nō
deꝰ. Ptꝫ ꝯſeq̄ntia.q2 ſicut mors hoīm ſubſe/
cuta eſt ex pctō p̄mor̄ parētū:iux̄ illud Gen̄.
ij. Quacūq3 die comederitꝫ ex eo morte mo/
riemi. Ita etiā dolor partꝰ:ſm illō Gen̄.iij.
In dolore paries filios. Sꝫ h̄ nō fuit cōue/
niēs deo naſci cū dolore matrꝫ ꝑturiētꝫ.ḡ ⁊c.
Rn̄dit beata ꝟgo. Ille mlīeres pariūt filios
cum dolore q̄ ꝯtraxerūt pctm̄ originale.ego
aūt ſum illa de q̄ dr̄ Can̄.iiij. Tota pulchra
es amica mea:⁊ macula nō eſt in te. Et iō pe/
peri filiū meū ſine dolore. Un̄ de me ꝓpheta/
tū fuerat Iſa.xxxv. Germinās germiabit ſi
cut lilium:⁊ exultabit letabunda ⁊ laudās.
Quarto arguit diabolꝰ di. Iſte puer natꝰ eſt
apō ciuitatē p̄uā.ḡ ē hō ⁊ nō deꝰ.ptꝫ ꝯſeq̄n/
tia.q2 Iſa.ij.dr̄. De ſyō exibit lex:⁊ ꝟbū dn̄i
de hierl̄m. Si ḡ iſte puer erat deꝰ:naſci debe
bat in hierl̄m. Rn̄dit ꝟgo bn̄dicta. Filiꝰ dei
debebat naſci de ſemine Dauid ſm carnem.
cui dixit deꝰ p̄r pſ̄.cxxxj. De fructu vētrꝫ tui
ponā ſup ſedē tuā.⁊ iō apō Bethleem naſci
debebat a q̄ dauid originē traxit:⁊ in q̄ natꝰ ē
j.Reg.xvj.vt impleret̄ ꝓphetia Michee.v
di. Tu bethleem terra ephrata puula es ī mi
libꝰ Iuda. Ex te exiet dux q̄ regat pplꝫ meū
iſrael.⁊ egreſſus eiꝰ ab initio a diebus eterni
tatis.vbi trāſlatio chaldaica hꝫ. Ex te egre/
diet̄ meſſyas. Quinto arguit diabolꝰ dicēs.
Iſte puer natꝰ ē plorās.ḡ eſt hō ⁊ nō deꝰ.āte/
cedēs ptꝫ Sap.vij. Similē vocē oībꝰ emiſi
plorās. Cōſeq̄ntia etiā patꝫ.q2 vt ait ſybilla
agrippa.ē leticia ſempit̄na. Rn̄dit ſapiētiſſi
ma ꝟgo di. Iſte ploratꝰ ꝯgruꝰ fuit fini incar
natiōis.q2 ad h̄ filiꝰ dei carne ex me aſſūpta
venit in mūdū vt p̄ pctō gn̄is hūani ſatiſfa
ceret. De cuiꝰ fletu p̄dixit p̄dicta ſybilla di.
Flebit deꝰ leticia ſempit̄na. Unꝰ autē p̄ pctō
alteriꝰ ſatiſfacit:q̄n penā pctō illiꝰ debitā in

ſe ſuſcipit.ploratꝰ aūt eſt pena pcti q̄ eſt ī
mūdū p̄ adā ītroductū.⁊ iō ꝯgruū fuit ad fi
nē īcarnatōis vt filiꝰ meꝰ penalitatē hāc ⁊ ali
as ſuſcipet.ſic p̄dictū fuit Iſa.liij. Uere lan
guores nr̄os ipe tulit:⁊ labores noſtros ipſe
portauit. Sexto inq̄t diabolꝰ. Iſte puer in/
uolut̄ pān̄is.ḡ eſt hō ⁊ nō deꝰ.an̄cedēs patꝫ
Lu.ij.ibi. Inuenietis infantē pān̄is īuolu/
tū. Cōſeq̄ntia etiā patꝫ.q2 ſi deū celi celor̄ ca
pere nequeūt.ij. Para.vj.mlto minꝰ pān̄is
pōt īuolui. Rn̄dit btā ꝟgo illud bti Maxi/
mi in ſer.de natiuitate dn̄i. Si tibi ſenſuūꝫ
tuor̄ fragilitate minꝰ dignū videt̄ filiū dei de
femina natū credere.ꝟginē cogita ꝑperiſſe.
Si tibi pān̄i q̄bꝰ īuolutꝰ eſt fortaſſe vileſcūt
angelos collaudātes:⁊ multitudinē celeſtis
exercitꝰ admirare. Deꝰ ḡ oīpotēs voluit in/
uolui pāniculis:iuxta illō quod canit eccl̄ia
Mēbra pān̄is īuoluta ꝟgo mr̄ alligat:⁊ ma
nus pedeſq3 crura ſtricta cingit faſcia.vt ho/
minē in pctis inuolutū ⁊ ligatū diſſolueret.
¶ Septimo arguit diabolꝰ di. Iſte puer na I
tus ē int̄ aīalia.ḡ ē hō ⁊ nō deꝰ. An̄cedēs ptꝫ
Baruch.iij.vbi dr̄. In medio duor̄ aīaliū
cognoſceris:ſm vnā trāſlationē. Cōſeq̄ntia
ptꝫ.q2 abſurdū videt̄ deū ſapiē ꝯditorē īter
bruta aīalia naſci. Rn̄dit btā ꝟgo:q2 hō per
pctm̄ factꝰ erat vt beſtia.vn̄ de eo pſ̄.inq̄t. Cō
parꝰ eſt iumētis inſipiētibꝰ:⁊ ſil̄is factꝰ eſt ill̄
Ideo dei filiꝰ vt beſtialitatē eiꝰ in rōnabilita
tē ꝯuerteret natꝰ voluit ad h̄ inſinuandū in
medio beſtiarū reponi. Itē vt verificaret̄ ꝓ/
phetia Iſa.j. Cognouit bos poſſeſſorē ſuū:⁊
aſinꝰ p̄ſepe dn̄i ſui. Itē vt p̄ h̄ deſignaret̄ ꝯuer
ſio iudeor̄ ad eiꝰ fidē:q̄ figurant̄ p̄ bouē.vt
patuit ī paſtoribꝰ. Et gētiliū q̄ figurant̄ per
aſinū:vt nūc ptꝫ ī magꝫ. Itē p̄ bouē deſignat̄
maturitas diſcretōis:q̄ eſt ī aīa filij mei pfe/
ctiſſimo mō. Et p̄ aſinū auſteritas oneris:q̄
erit in corꝑe eiꝰ. Octauo arguit diabolꝰ di.
Iſte puer natꝰ eſt in diuſorio:⁊ reclinatꝰ ī p̄/
ſepio.ḡ eſt hō ⁊ nō deꝰ. An̄cedēs ptꝫ Luc.ij.
Reclinauit eū ī p̄ſepio.q2 nō erat ei locꝰ ī di
uerſorio. Cōſeq̄ntia etiā ptꝫ.q2 h̄ indecēs vi
det̄ diuine maieſtati. Rn̄dit beatiſſima ꝟgo
illud ſancti Maximi in ſermone de natiui
tate dn̄i. Si p̄ſepe in q̄ infans iacuit deſpicꝫ
erige pauliſper oculos:⁊ nouā in celo ſtellā
ꝓteſtantē mūdo natiuitatē dn̄icā contuere.
Si credis vilia:crede mirifica. Si de his q̄
humilitatis ſunt diſputas:que alta ſunt ⁊ ce
leſtia venerare.ſ.iſtā micantē ſtellā:cuiꝰ du/
ctu iſti reges huc venerūt.ſicut p̄dictum fue/
rat Iſa.lx.vbi dr̄. Et ambulabūt gētes in lu/

mīne tuo: ꝛ reges in ſplēdoꝛe oꝛtꝰ tui. Nono
dixit diabolꝰ. Iſte puer vocaꝛ noīe humano
Jeſus. q̄ ē hō ꝛ nō deꝰ. ptꝫ ꝯſeq̄ntia: qꝛ Exo.
iij. dixit deꝰ moyſi. Quid queris nomē meū:
qḋ eſt mirabile: Rn̄dit btā ꝟgo illud quod
inq̄t deꝰ Iſa. lij. Propter hoc ſciet ppl̄s meꝰ
nomē meū i illa die. qꝛ egoipſe q̄ loq̄bar ecce
adſum. Decimo arguit diabolꝰ dicens. Iſti
magi obtulerūt myrrhā huic puero. q̄ eſt hō
ꝛ nō deꝰ. qꝛ myrrha daꝛ ad ꝑſuatōeꝫ a coꝛru-
ptōe q̄ nō ꝯuenit diuinitati. Rn̄dit btā virgo
Qꝛ imoꝛtalꝭ deꝰ ꝑ hoīm ſalute factꝰ ē moꝛta-
lis. ideo debuit ei myrrha offerri. ꝑ quā moꝛ-
talitatis aſſumptio deſignaꝛ. Vn̄ Can̄. iiij.
ipe ait. Vadā ad montē myrrhe ꝛ ad collem
thuris. De oblatiōe aūt iſtoꝝ regū ꝓpheta-
tū fuit Iſa. lx. vbi dꝛ. Oēs de ſaba venīēt au-
rū ꝛ thus deferētes: ꝛ laudē dn̄o annūciātes
Tūc diabolꝰ cōfuſus receſſit. Ipi ꝟo magi i
fide roboꝛati feruētioꝛes facti ſunt. Et credē
dū ē ꝙ ipe bn̄dictꝰ ꝟgis filiꝰ iſtos reges q̄ tā
to laboꝛe eū q̄ſierāt ꝛ eū tā reuerenꝛ adoꝛaue
rāt ac tāto venerabanꝛ affectu: abſq̄ꝫ leticia ꝛ
magna cōſolatiōe abire non ꝑmiſit. Idcirco
ꝯſideremꝰ qualiter i brachijs maternis eꝯ̄s
aſpiciebat magos hilari facie. ipiſq̄ꝫ geſtu ac
nutu blandiebaꝛ. ꝛ ſignis quibꝰ poterat oſ̄
debat ſe letū de illoꝝ viſitatiōe: de q̄ btiſſima
ꝟgo ſummope gaudebat. Joſeph ꝟo lachꝛy-
mabaꝛ pre deuotiōe ꝛ gaudio. Nō eꝯ̄ credē
dū eſt ipm ioſeph fuiſſe abſentē qn̄ magi ad-
oꝛauerūt filium ꝟginis: vt q̄dā opinanꝛ falſi
gnātes rōnē: ꝙ. ſ. dei nutu h̄ factū eſt. ne ma-
gi xp̄m putarēt de ioſeph generatū. Hec eꝯ̄
opinio nō videꝛ vera. nā ſpūſſcūs q̄ duxerat
magos: ꝛ iſtruxerat in via de ꝑtinētibꝰ ad in-
carnatiōꝫ filij dei: etiā eos iſtruxerat de miſte-
rio Joſeph. ꝛ ꝙ datꝰ eſſꝫ ꝟgini ſpōſus ad ha-
bendā curā pueri ꝛ ipiꝰ ꝟgis. Et ideo creden
dū videꝛ ꝙ fuerit pn̄s tali gaudio. Vn̄ Jo-
hānes gerſon i ſua ioſephina inq̄t. Inueniſ
ſe ioſeph paſtoꝛes lr̄a tradit. Mētio nl̄la fit
hic: ſꝫ qualiter huiꝰ honoꝛis Huiꝰ myſterij
māſiſſe putabiꝛ expers. Preſertim reges qꝛ n̄
ceſſere repēte De reditu verito nā ſomnis vi-
ſio facta eſt. Quid quod muneribꝰ eſt aptꝰ
recipiēdis Atq̄ꝫ recondendis: an ſola relicta
videꝛ Mater cū puero. qn̄ vaga fama ꝑ vꝛ-
bē Inſonuit totā reges veniſſe potētes. In
dromedarijs i pulcro ꝛ diuite cultu. Quid
ꝙ foꝛtaſſis ꝑgradis fulgida ſtella Viſa fuit
multis: ſigno q̄ ſtella pacto Materiā redit
vn̄ fuit foꝛmata poꝛe. Tātos nōne ioſeph te
cū miraris honoꝛes: Nūq̄d nō matri ꝯgau-

Sic Rabanꝰ dixit ꝛ glo. oꝛdiaria Mat. j. q̄ ꝑferēdi ſr opioni gerſonis ꝛ autoꝛis

des triſtia paſſe: Multa priꝰ puto q̄d vult
hec veneratio q̄ris: Rn̄det ꝟgo: vates mēo-
rata poꝛes. Mi vir: mi dn̄e: ſaluandas cre-
dito gentes. Et ſua ꝑfundet fidei luſtratio
coꝛda. Primitie veniūt. inter miracula nul
lū Maiꝰ ꝑdictū ē: totoq̄ꝫ iplebiꝛ oꝛbe. Fiet ꝛ
eccl̄ia de gētibꝰ. aſt ſynagogā Magna ꝑ p̄e
cecauit deuiꝰ erroꝛ. Diuitias reges ꝛ opes cu
mulare cupiſcēt. Addēt oꝛnatꝰ templis cum
dotibꝰ ampl̄is. Plurima dona ferēt: q̄ myſti
ca plura decebūt. Hec ille. Credēdū q̄ꝫ eſt ꝙ
mitiſſima ꝛ humaniſſima ꝟgo maria: cernēs
in his magis tātā fidē tātāq̄ꝫ deuotionē mul
ta eis verecūdo ꝛ benigno ſermōe de filio ſuo
locuta eſt: enarrādo quō illū angelo nūciāte
cōcepit ꝛ pepit angelis iubilātibꝰ ꝛ cātātibꝰ
Glia in altiſſimis deo ꝛc. quō filij ſui natiui
tas ab angelo fuerat paſtoꝛibꝰ nūciata. Cō-
mēdabat inſuꝑ magoꝝ prudentiā: eoꝛumq̄ꝫ
ſollicitudinē atq̄ꝫ benignitatē: q̄ ad ipm vidē
dū tā cito ꝓꝑauerāt. ꝛ de oblatis muneribꝰ
gr̄as referebat. Videnſq̄ꝫ ipa bn̄dicta ꝟgo ꝙ
dulcis eius filiꝰ oſtēdebat ſignis ꝙ libenꝛ in
brachijs magoꝝ iuiſſet. quos tā libēter vide
bat: illis eū liberaliſſime ꝓtulit amplexandū
ꝛ oſculandū. O ꝟginis conſueta pietas: o fi
lij dei ꝓfunda humilitas: o gratia ſuperexcelſi
ua oꝛiētaliū regū. q̄ a ꝟgine mr̄e filiū dei in-
carnatū iter ſua pectoꝛa ſtringēdū ſuſcepert
Notādū ꝟo ꝙ iſti magi (vt h̄r Mat. ij.) ad
moniti i ſomnis ne redirēt ad Herodē: ꝑ ali
am viā reuerſi ſunt in regionē ſuā. Licꝫ eꝯ̄
Herodes dixiſſꝫ eis. Ire ꝛ iterrogate diligē
ter de puero: ꝛ cū inueneritis renūciate mihi
vt ꝛ ego veniēs adoꝛē eū. hoc malicioſe dixe
rat. Vn̄ Greg. i omelia Ephie ait. Adoꝛare
eum ſe velle ſimulat: vt vicꝫ hūc ſi inuenire
poſſit extinguat. De hoc etiā loquēs Johēs
gerſon vbi. ſ. ait. Stella fuit foꝛmata noui
pꝛenūcia regis. Conſpiciunt illam reges: ve
niunt: ꝛ in vꝛbe Sancta dū ſiſtūt: cōquerūt
eſt vbi natus Judeoꝝ rex: hec vꝛbeꝫ queſtio
turbat. Te ꝑturbato nimiū crudelis hero-
des. Jugiter anxia fit dominādi ſeua cupi-
do. Turba ſacerdotū ſcribarūq̄ꝫ agmīe mul
to. Cōmoniti veniūt: ꝛ dāt rn̄ſa petēti. Na-
ſceꝛ xp̄s i Jude bethleē vꝛbe. Sicut diuīa de
prompſit voce micheas. Auxilio nimis hu-
mano q̄ fidere querūt Perdūt diuinū. fit in
vꝛbe recōdita ſtella. Deforis inſpiciꝛ: reges ꝑ
cedit ad vſq̄ꝫ Clara domū ſuꝑ pueri ꝯſiſtere
viſa. Cōgaudent valde. crudelꝭ dā priꝰ ipſis
Rex accerſitis fallax cōdixerat. ite: Querite
de puero vt veniēs deuotꝰ adoꝛē. Mentiris

fraus ficta tibi.nā ꝑdere q̄ris: Nō colere iſtā
tē.ſic ſe ꝑq̄rere vez. Fingit hypocrita: vult ex
pugr̄e reptū.hec ille. Propt̄ h̄ igit̄ ipi magi
ꝑ aliā viā reuſi ſunt in regionē ſuā. Et iō he/
rodes irat⁹ ꝙ eēt ab eis illuſus: fecit in odiū
eoꝝ cōburi oīs naues tharſis.q: ipi reges
erāt de ptib⁹ illis. Et ita exponit̄ illud qđ ꝑ/
Quid magorū reuiſio ſignificet. dictū fuerat ꝑ Dauid pš.xlvij. In ſpū vehe
mēti cōteres naues tharſis. ¶ Hec aūt reuer
ſio magoꝝ nobis aliq̄d inſinuauit faciendū
Vn̄ Greg.vbi.š.ait. Magnū ꝗ̄ddā nob ali/
q̄d magi innuūt: cū in regionē ſuā ꝑ aliā viā
reuertunt̄. In eo nanq꞉ ꝙ admoniti faciunt
ꝓfecto nobis inſinuāt quid faciam⁹. Regio
quippe noſtra ꝑadiſus ē: ad quā ih̄u cogni/
to redire ꝑ viā qua venim⁹ ꝓhibemur. A re
gione eīm noſtra ſupbiēdo: iobediēdo viſi/
bilia ſequēdo: cibū vetitū guſtando diſceſſi/
mus.ſ꞉ ad eandē nece eſt vt flēdo: obediēdo:
viſibilia cōtēnēdo atq꞉ appetitū carnis refre
nādo redeam⁹.ḡ ꝑ aliā viā ad regionē nr̄am
regredimur q̄n̄ q̄ a ꝑadiſi gaudijs ꝑ delecta
mēta diſceſſim⁹: ad hec ꝑ lamēta reuocamur
O igit̄ deuota anima cōſidera quātū exulta
bat ꝟgo bt̄iſſima: q̄ videbat puerū ſuum a bo
nis regib⁹ ſic venerari: ⁊ a malis tātū timeri
De quo inq̄t Aug.in ſmone Ephie. In pſe
pe iacebat ⁊ magos ab oriēte vocabat. Abſcō
debat̄ in ſtabulo: ⁊ agnoſcebat̄ i celo.vt agni
tus in celo manifeſtaret̄ in ſtabulo.⁊ appella
retur epiphanie dies iſte.qđ latine manife/
ſtatio dici pt. Simul ei⁹ celſitudinē humili
tatēq꞉ cōmēdās: vt q̄ in apto celo ſydereis ſi/
gnis mōſtrabat̄: in anguſto diuerſorio que/
ſit⁹ inueniret̄.inualid⁹ in infantilib⁹ mēbris
inuolut⁹ in pānis adoraret̄ a magis: timeret̄
a malis. Hic ḡ timeāt reges ad p̄ris dexterā
iā ſedēte: quē rex impi⁹ timuit adhuc matris
vbera lambēte. Et ibidē exclamat idē Aug.
di. Quis eſt iſte rex tā paruus: tā magn⁹ nō/
dū in terris loquēs: ⁊ iā in celis edicta ꝓpo/
nens? O felices reges orientales: q̄ iſti⁹ ma/
gni reg̃ famuli facti eſt̃. Vt aūt dr̄ Chryſ.
ſup Mat.cū ad patriā ſuā reuerſi eēnt ꝑdi/
cātes multos erudierūt. Et deniq꞉ cū beatus
Thomas apl̄s poſt aſcēſionē dn̄i i illa regio
ne ꝑueniſſet: ab eo baptizati ſunt: ⁊ facti ſunt
adiutores ꝑdicatiōis ei⁹. Quorū corpa poſt
Corpora regū vbi ſint felicē mortē ꝑmo ꝑ Helenā Cōſtātini matrē
repta Cōſtātinopoli trāſlata ſunt. Deinde
ꝑ ſctm̄ Euſtorgiū mediolanen̄.epz Medio
lanū ſunt ꝑducta. Et vltimo ꝑ Fredericum
impatorē Coloniā theutonie ſunt delata. Et
(vt dr̄) ſꝑ cū facie reſpiciūt ꝟſus mediolanū
⁊ ſi aliq̄n̄ reuoluant̄: itez ſe vertūt ꝟſus ipā
ciuitate in qua multis annis ſteterūt. Eorū
ꝗ̄ aīe cū dn̄o ieſu xp̄o ⁊ ipa bt̄ā ꝟgīe matre
ei⁹ in celeſti regno triūphāt.

¶ Pars quarta hui⁹ ſermonis que dicit̄
ꝑſentatiōis.

De q̄rto gaudio bn̄dicte ꝟginis ſa
tis dixi in.viij.pte ꝑncipali hui⁹ K
opis: ⁊ iō h̄ breuit̄ ptrāſeo. Si ei
Symeō tātū gauiſus ē in ꝑſenta
tiōe puuli ieſu in tēplo: vt viſo ⁊ amplexato
eo cantauerit. Nūc dimitt̃ ſuū tuū dn̄e ⁊c.
quātū debebat iubilare mater ei⁹ vidēs ſctm̄
ſymeonē ſpū ſctō feruentē obuiare filio ſuo: ⁊
corā eo genua flectere: eūq꞉ vt dn̄m ⁊ deū ſuū
adorare adhuc in maternis brachijs exiſtēte
atq꞉ cū humilitate ⁊ deuotiōe maxima exten
dentē brachia ſua: ⁊ dicētē eidē piiſſime ꝟgi/
ni. O bona dn̄a: o genitrix dei mei: o regia ce
li: obſecro placeat vobis dare mihi oſculan/
dū ⁊ amplexādū ac in vlnis meis fouendū
dulciſſimū filiū veſtrū ſaluatorē meū: quem
tāto tp̄e expectaui: ⁊ videre deſideraui.⁊ de
cui⁹ viſione rn̄ſum a ſpū ſctō accepi. Ego eīm
ad hoc officiū a deo elect⁹ ſum: ad hoc miſſus
ſum: ⁊ huic miſterio reſeruat⁹. Qui cū benig̃
ꝟgo filiū ſuū liberalit̄ obtuliſſet.⁊ cui⁹ bn̄di/
cti pueri facie radij luciddiſſimi exibāt: ille la
chrymis ex dulcedie decurrētib⁹ eū reuerēter
⁊ ſuauiter amplexat⁹ ⁊ oſculatus exclamauit
O felix mater q̄ te bn̄dictū ſaluatorē meū ge
nerauit.bt̄ūs venter q̄ te portauit: ⁊ vbera q̄
ſuxiſti. Exiſtio aūt ꝙ ipe Symeon ebri⁹ ſpi
ritu exclamaret. Currite currite oēs gētes: ⁊
videte pueꝝ q̄ fecit celos. Currite ꝟgines et
letamī cū maria.currite viri ⁊ accingimī vir
tute cū ſctō Joſeph.currite vidue ⁊ ꝑdicate
ac bn̄dicite hūc ſctiſſimū puulū cum Anna.
currite angeli ⁊ obſtupeſcite eū in tēplo offer
ri: cui oīa offerunt̄ ſacrificia.currite iuſti acci
pite leticiā.currite pctōres ⁊ accipite veniā
currite ſenes ⁊ cantate mecū Nūc dimittis
ſeruū tuū dn̄e ſm ꝟbū tuū in pace. Q: vide
rūt oculi mei ſalutare tuū ⁊c. In q̄ cantico
laudauit filiū ꝟgis de trib⁹.ꝑmo ꝙ eēt ſalua
toꝝ mūdi.ſcđo ꝙ eēt lumen toti⁹ orbis.tertio
ꝙ eſſet glīa plebis Iſrael.q: magna eſt glīa
iudeoꝝ ꝙ fili⁹ dei nat⁹ ſit de eoꝝ ſtirpe. Nō ſo
lū aūt gauiſa eſt bt̄ā ꝟgo de ſancto ſymeōe cō
mēdāte filiū ſuū: ſ꞉ etiā de beata Anna ꝓphe
tiſſa: q̄ mirabilia de xp̄o oībus ꝑdicabat. De
his aūt oībus tractat Johes gerſon vbi ſup
dicēs. Rn̄ſum ſymeon accepit deſuper olim
Nō temors rapiet niſi xp̄m viderē̃ an̄. Xp̄s

vbi venit q̄d gr̄a ſuggerit audit. Gr̄a celeſtis
radiās bonitatis imago. Ecce ſuū venit ad
tēplū dominꝰ dn̄ator. Juſte ſenex timorate
dei: quē ſpūs iplet Interno affatu: fac occur/
ras venienti. Vlnis accipito puerū bn̄dicito
dicēs. Dimittis dn̄e me nūc i pace ſm̄ Ver/
bū ſctē tuū: q̄ ſum ſuus tuꝰ alme. Nāq̄ tuā
ꝓprijs oculis nūc cerno ſalutē. Siue ſaluta
re qd̄ cūctoꝝ populoꝝ. Ante paras faciē lux
gentibꝰ alta reuelās Iſrael ipe tue ſalꝰ eſt et
gloria plebis. Mēbra ſenex q̄ ꝗuis lāguore
grauata Corde vigente mouet: templū petit
ornat ouāter. Nūc ea: nūc illa loca tēpli ſua
det alacris Sic faciāt alij: q2 mox veniet do
minator. Proſpicit ex aditis tēpliq̄ p atria
quādo Promiſſus veniat: vidit ꝓcedere tā/
dē Bethleē ex vrbe te v̄go ioſeph puerumq̄
Agmine cum ſancto vicinorū atq̄ parentū.
Spūs ex tēplo ſcūs ſibi ꝓdidit: hic ē. Exilit
ꝛ iubilat: nō ſe capit: atq̄ iuuētus Aſt q̄le vi
ſa: mens i dn̄o renouat̄. Forte ſacerdotū ſan
cta de ſorte beati Tūc aderant cū te puero ve/
nerāde iohes Vir zacharias: ꝛ olim ſterilis
ſua ꝯiūx. Venerat anna ſenex octogenaria
vates. Deq̄ ieſu cūctis multo ſmone loquū
tur ꝛc.

¶ Pars q̄nta huiꝰ ſmōis de q̄nto gaudio | **A** / **Gaudiū marie de reſurrectione dn̄i**
btē v̄ginis qd̄ d̄r reſurrectiōis ꝛ aſcēſiōis.
IN iſta pte ꝯtinet̄ gaudiū duplex
qd̄ ipſa v̄go bn̄dicta habuit de fi/
lio ſuo. Primū ē de eiꝰ reſurrectōe
q̄n .ſ. vidit dilectū filiū ſuū quē in
ſepulcro ipſa repoſuerat totū liuidū ꝛ plaga
tū: cū tāta gl'ia ꝛ triūpho reſuſcitatū. O cū
quāta dulcedie cordis ꝛ ſuauitate ſplēdidiſ/
ſimū corpꝰ filij ſui deoſculabat̄. incipiēdo a ca
pite: diſcurrebatq̄ p ſingl'a mēbra di. O fili
mi q̄ pulcri ſunt capilli tui q̄s a iudeis dila/
niatos cōſpexi. q̄ pulcra eſt facies tua: quā to
tam liuidā ꝛ ſanguie infectā vidi. ꝛ ſic de ſin/
gulis mēbris dicebat. Decātabatq̄ cū ꝓphe
ta dicens pſ̄. xxix. Conuertiſti planctū meū | **Xp̄s reſurgēs p̄mo apparuit marie**
in gaudiū mihi. ¶ Sciēdū ē aūt ꝙ ſaluator
noſter p̄mo apparuit ſue mr̄i pꝰ reſurrectio/
nē q̄ alicui alteri. Vn̄ Amb. in li. de v̄ginibꝰ
ait. Reſurrectiōē dn̄i maria v̄go p̄mo vidit
ꝛ credidit. Huic aūt opinioni nō cōtrariat̄
illō qd̄ d̄r Mat. vl. .ſ. ꝙ ſurgēs ieſus appa
ruit p̄mo marie magdalene. q2 illud dictū i/
telligit̄ ſicut illud Mat. xj. Inter natos mu
lieꝝ nō ſurrexit maior Johāne baptiſta. Ex
q̄bꝰ tn̄ v̄bis nō ſequit̄ q̄n xp̄us ꝛ btā v̄go ſint
maiores ipſo Johāne baptiſta. lȝ ſint nati ex
mulieribꝰ. ſed p illa verba voluit ſaluator in

timare ꝙ int̄ illos q̄ ceciderant p pctm̄ origi/
nale nemo ſurrexerat maior Johe baptiſta.
ſi eiꝰ v̄ba itelligant̄ q̄ ad h̄n̄dā gl'iam celeſtē.
Ex q̄bꝰ ꝯcludit̄ ꝙ xp̄s ꝛ btā v̄go q̄ nō ciderēt
i pctō origiali: ꝛ p ꝯn̄s non ſurrexerūt ab eo
ſunt ipo Johe maiores. Et iō ipe dn̄s i p̄di/
ctis v̄bis ſtudioſe ꝛ notāter dixit. non ſurre
xit. nō aūt ait. nō eſt vel erit maior. Et ſil'r
itelligunt̄ p̄dicta v̄ba Marc. .ſ. ꝙ xp̄s reſur/
gēs p̄mo appuit marie magdalene q̄ alicui
alteri ex his q̄ aliq̄n peccauerāt. Et ideo notā
ter poſt illa v̄ba ſtatim ſubinfert̄. a qua eie/
cerat ſeptē demonia. Et hanc opinionē tenet
ſctā mater eccl'ia. Et in ſignū ꝙ xp̄s p̄mo ap/
puit v̄gini gl'ioſe in die reſurrectiōis dn̄i ſta
tionē celebrat apd̄ ſanctā mariā maiorē i vr/
be roma. In qua eccl'ia cū i p̄dicta die miſſā
decātaret ſctūs Gregoriꝰ ꝛ dixiſſet. Pax dn̄i
ſit ſp vobiſcū. angelꝰ dei alta voce r̄n̄dit. Et
cum ſpū tuo. Et ob h̄ cū in die paſce papa
ibi celebrat i teſtioniū huiꝰ miraculi. q̄n dic
Pax dn̄i ꝛc. nihil ſibi r̄n̄det̄. ¶ Si aūt q̄rat̄
q̄re de hac appitiōe facta matri nullā faciūt | **Quare euangeliſte nihil dicunt de appitiōe marie**
euāgeliſte mētionē. R̄n̄dēt doct̄. ꝙ appariti/
ones xp̄i exhibite mr̄i: ꝛ familiaria inter eos
colloq̄a: atq̄ amoris ſublimia ſigna intantū
fuerūt itellectū humanū excedētia ꝙ nec po/
tuerūt bene ſciri: nec ab iferioribꝰ dici: niſi cū
tāta diminutiōe ꝙ illa dicere eēt nob̄ eoꝝ ex
ceſſū q̄dāmō denigrē. Itē ſpūſctō ꝛ euāgeli/
ſtis ꝓpoſitū erat illas apparitiōes deſcribere
q̄ carnalibꝰ hoibꝰ poſſent de reſurrectiōe xp̄i
fidedignū teſtimoniū p̄bere. ꝛ ideo noluerūt
ponere appitiōes factas mr̄i. cuiꝰ teſtimonio
ꝓ filio nō credit̄. l. videamꝰ. ff. de in litē iu.
Si em̄ v̄ba extraneaꝝ pſonaꝝ deliramenta
viſa ſunt iudeis. m'to magis matrē ꝓ filij ho
nore delirare. Pōt aūt hec apparitio ſic ꝓba
ri. Priꝰ debuit xp̄s cōſolari illos q̄s plꝰ dile
xit: ꝛ a q̄bꝰ plꝰ dilectꝰ fuit: ꝛ a q̄bꝰ pl'a bn̄ficia
recepit. ꝛ quos magis tribulatos ꝛ afflictos
reliq̄rat de paſſiōe ſua ꝛ morte q̄ alios. amor
em̄ debet eſſe reciprocꝰ. ix. eth. Et bn̄ficiatus
eſſe debet gratus ſuo bn̄factori. l. ſed ꝛ ſi lege
§. conſuluit. ff. de peti. here. ꝛ. c. cū i officijs.
de teſta. ꝛ. c. de forma. xxij. q. v. Cū igit̄ ipſe
dn̄s ieſus nullū habuerit in h̄ mūdo chario/
rem amicū. nec a quo plura bn̄ficia recepit
q̄ matrē ſuā. cui ex p̄cepto legis debebat pti/
cularē reuerentiā ꝛ honorē: Exo. xx. Deute/
ro. v. ꝛ Mat. xv. Et quā eiuſdē p̄cepti obli
gatōe tenebat̄ cōſolari ꝓ ſuo poſſe ſm̄ ſniam
Alexan. de ales in. iij. parte ſumme: in tracta
tu de p̄ceptis decalogi: ſup. iiij. precepto. Er/

go indubitāter tenēdū eſt ꝙ ꝓmo eam conſo
latus eſt. Nullꝰ em̄ erat in hoc mūdo q̄ tan/
tum doluerit de moꝛte ipiꝰ dn̄i Jeſu: quantū
coꝛdialiſſima mater ſua. Cum igit̄ ille q̄ in
vno grauat̄: in alio debeat ſubleuari. l. cum q̄.
ff. de iurein. Cūqꝫ eiꝰ ſit cōmoda ſeq̄ q̄ incom
moda ſequit̄. l. ſm naturā. ff. de reg. iu. et. §.
cum autē. inſtit̄. de empt̄. ⁊ ven. ⁊. l. id quod.
ff. de peri. ⁊ cōmo. rei ven. ⁊. c. charitatē. xij. q.
ij. ⁊. c. q̄ ſentit. de regu. iu. li. vj. Ideo nō ē du
bitandū ꝙ beata ꝟgo que ꝓma fuit in doloꝛe
filij ſentiēdo: fuit etiā pꝛima in pticipāda eiꝰ
conſolatione. vt eſſent ſocij cōſolationū ſicut
fuerāt ſocij paſſionum ⁊ tribulationum. c. j.
de ſepul. ⁊. ij. ad Choꝛ. j. ¶ Apparuit ergo ip
ſe dulcis Jeſus ſue benedicte matri totus io
cundus: ⁊ eam ieffabili gaudio repleuit. qđ
ex quattuoꝛ cauſis pcedebat. Primo ex eo ꝙ
filius ſuus imoꝛtalitatem induerat: iuxta il/
lud ad Roma. vj. Chriſtꝰ reſurgens ex moꝛ
tuis: iam nō moritur: moꝛs illi vltra non do
minabit̄. Unde Leo papa in quodā ſermo/
ne inquit. Poſt paſſionem xp̄i ruptis vincu
lis moꝛtis: infirmitas in virtutē: moꝛtalitas
in eternitatē: ⁊ contumelia tranſiuit in gl'iaꝫ
Secūdo cauſabat̄ ex eo ꝙ videbat filiū ſuū
eduxiſſe ſanctos patres de limbo. ſicut pnun/
ciatū fuerat Zach. ix. vbi dr̄ xp̄o. Tu quoqꝫ
in ſanguine teſtamēti tui eduxiſti vinctos de
lacu i quo nō erat aqua. Tertio cauſabat̄ ex
eo ꝙ filius eiꝰ nobis oīmibus ⁊ pꝛincipaliter
ſibi de reſurrectiōe ſpem dabat: iuxta illđ. ij.
ad Choꝛ. iiij. Qui ſuſcitauit ieſum ⁊ nos cū
ieſu ſuſcitabit. Cum em̄ caput noſtrū xp̄s re
ſurrexit: p certo tenere debemꝰ ꝙ etiā nos re
ſurgemꝰ. quia coꝛpus ſequit̄ naturā ſui capi
tis. l. cum in diuerſis. ff. de reli. ⁊ ſump. fu. et
acceſſoꝛium ſui pꝛincipalis. l. cum pꝛincipa/
lis. ff. de reg. iu. ⁊. c. acceſſoꝛiū. eo. ti. libꝛo. vj.
Et ideo inq̄t Apl's. j. ad Choꝛ. xv. Si xp̄s
reſurrexit: quō quidā in vobis dicūt: qm̄ re
ſurrectio moꝛtuoꝝ nō erit? Quarto cauſaba
tur ex eo ꝙ videbat ⁊ cognoſcebat ꝙ filiꝰ eius
angelicum numeꝝ adimplebat: ⁊ eoꝛum rui
nam reſtaurabat: iuxta illud pſ̄. cix. Judica
bit in natiōibꝰ: implebit ruinas. Et ideo ſm
Greg. in ome. Paſce: angelus qui annūcia/
bat xp̄i incarnationē: dū in veſte alba appa/
ruit: de ſua repatiōe ſuū gaudiū demonſtra/
uit. Cōtēplemur ḡ deuote h̄ gaudiū ꝟginis
⁊ dicamꝰ ei. O maria che feciſti q̄ndo el tuo
fiol videſti? Prima credo laboꝛaſti. e poi ri/
dendo li diceſti. O fiolo delicato Tuto bello
e iocundo. Adeſſo hai cōſolato. El mio coꝛe

Appens xpus marie eam gaudio repleuit.

gemebundo. O maria fame guſtare quelle
ɔſolatiōe che feciſti in abꝛaȥare ihu da poi la
paſſione. Poſſumꝰ autē deuoto coꝛde medi/
tari ꝙ piiſſima ꝟgo maria: que per tres dies
afflicta ſteterat: ⁊ in cōtinuis ſuſpirijs adue/
niente tertia die a paſſione ⁊ moꝛte filij: affe
ctuoſe expectat reſurrectionē eius: indubitā
ter credens ꝙ tertia die reſurgeret: ⁊ ei ſtatim
appareret. vnde ploꝛādo ⁊ lachꝛymādo coꝛ/
de ⁊ oꝛe ſic dicebat. O pater eterne: ecce iam
tempus inſtat vt filium tuum ⁊ meū a moꝛ/
tuis reuoces. Suſcita ergo illū: ⁊ ad me mit
te tanto meroꝛe pro ſua paſſiōe afflictā. De/
inde ad filium dicebat O fili mi dulciſſime
O fili iocūdiſſime. O fili amātiſſime. O fi/
li deſideratiſſime. O fili gratioſiſſime. O fi/
li ſuauiſſime: quē vidi plagis repletum: ſpi/
nis coronatū: crudeliqꝫ moꝛte extinctū: et in
ſepulcro poſitū: quādo videbo te ex moꝛtuis
triumphaſſe? Dixiſti mihi ſepius o fili dile/
ctiſſime. Die tertia reſurgam. ecce iā dies ter
tia iminet. Surge ergo dn̄e in requiē tuam
vt pꝛenūciauit Dauid pſ̄. cxxxj. ⁊ veni vt vi
deā te ſolatiū aīe mee. et verificet̄ illud qđ in
quit ꝓpheta pſ̄. xxix. Ad veſperā demoꝛabit̄
fletus: ⁊ ad matutinū leticia. Que verba cū
diceret ꝟgo bn̄dicta tota lachꝛymis madefa
cta: ecce ꝙ in ipam intrauit incōſueta leticia
⁊ tātū gaudiū tāqꝫ indicibilis dulcedo ⁊ cō/
ſolatio ꝙ nequibat ampliꝰ dolere. vñ itra ſe
cepit dicere. Unde hoc gaudiū mihi? Non
ne moꝛtuꝰ eſt filius meꝰ? Eſtne foꝛte reſuſci/
tatꝰ? Et tūc ad filiū cōuerſa dicebat. Dic mi
hi o fili chariſſime: es ne tu ille qui venis ad
me? Que verba cū diceret: ecce apparuit do
minꝰ ieſus filius eiꝰ totus feſtiuus ⁊ decoꝛus
ac gl'ioſus: aſſociatꝰ oībus ſanctis patribus
quos de limbo extraxerat. Qui dulciter ſalu
tās matrē ſuā pdilectā: amplexatus eſt eam
⁊ oſculatus. Et dixit illi. Reſurrexi ⁊ adhuc
ſum tecū: pſ̄. cxxxviij. Regina celi letare alle
luia: qꝛ quē meruiſti poꝛtare all'a. reſurrexit
ſicut dixit all'a. Unus aūt ſeraphin habebat
coronā fulgentiſſimā in manu: qua volebat
dn̄s ih̄s coronare matrē ſuā. Dixit ḡ iteꝝ ipe
dn̄s nr̄ m̄ri ſue. O dona del padiſo Per cui li
angeli hano riſo. Lo nemico eſta cōquiſo e
nel iferno relegato. e ſon quello che hai ɔce/
pto pturito e nutricato laltro gioꝛno vedeſti
moꝛto: crucifixo e vulnerato. vedemi reſuſci/
tato tuto quāto glorioſo Ai patri ſancti o ca
uato Da lo limbo tenebꝛſo. E ſon facto im/
patoꝛe ⁊ ſignoꝛ del vniuerſo. De lo mūdo re/
dēptoꝛe e del homo chera perſo. Matre mia

Dyalogꝰ ɔtēplatiuꝰ marie ⁊ ieſu in die reſurrectionis

bn̄dicta ceſſa hoꝛ mai de lacrimari. Piu nō
ſtar coſſi ſmarrita Incōmēza a iubilare. Po
ne in capo la coꝛona la qual io te ho poꝛtato
Che te fazo la madona e regina del mio ſta/
to. ¶ Aliud q̄z ineffabile gaudiū habuit ꝟgo
Gaudiū qđ hūit i aſcenſiōe
btiſſima: cū filiū ſuū perſpexit totū glïoſum
aſcēdere in celū. Nō em̄ eſt vlla tenꝰ dubitan
dū: q̄n ip̄a pn̄s fuerit aſcēſiōi filij ſui. cui iter
fuerūt etiā aplïi: vt habeť Act. j. ⁊ Mar. vlť.
Hoc aūt gaudiū ꝟginis cauſatū eſt ex quat
tuoꝛ. Primo ex eo ꝙ filiꝰ eiꝰ ad dexterā dei ſe/
dere debebat. vn̄ Mar. vlti. đr. Et dn̄s q̄dē
ieſus poſtq̄z locutꝰ eſt eis aſſumptꝰ eſt in celū
⁊ ſedet a dextris dei. Scđo ex eo ꝙ aīas oīm
ſanctoꝝ ſecū ad celū deducebat: ſm̄ illud qđ
ei ꝑdixit ꝓpħa pſ̄. lxvij. Aſcendiſti in altū ce
piſti captiuitatē. Et Michee. ij. đr. Aſcen/
dit pādēs iter an̄ eos. Tertio cauſabať gau/
diū ex eo ꝙ celeſtē ianuā aperiebat: iuxta illđ
ad Heb. iiij. Habemꝰ pontificē q̄ penetrauit
celos ieſum xp̄m. Vn̄ eccleſia canit illi. Eter
nitatis nobis aditū deuicta moꝛte reſeraſti.
Et iteꝝ. Tu deuicto moꝛtis aculeo aperuiſti
credentibꝰ regna celoꝝ. Quarto cauſabať ex
eo ꝙ filiꝰ eiꝰ aduocatꝰ humani generis cōſti/
tutꝰ erat: iuxta illud. j. Joħ. ij. Aduocatū ha
bemꝰ apud patrē iħm xp̄m iuſtū. ⁊ ip̄e eſt ꝓ/
piciatio ꝓ pctis nr̄is. ⁊ ad Heb. vij. Semp
viuēs ad interpellandū ꝓ nobis. ⁊ eiuſdem
ep̄le. ix. c. Xp̄s itroiuit in celū vt appeat vul/
tui dei ꝓ nobis. Aſcēſurꝰ aūt dn̄s iocundiſſi
mo vultu ⁊ ſuauiſſima voce pꝰ dulciſſimos
amplexꝰ ⁊ oſcula dixit chariſſime matri ſue.
O dilectiſſima ⁊ digniſſima genitrix mea: ⁊
īfantiliū neceſſitatū meaꝝ ſedula miſtratrix
⁊ p̄ticeps oīm laboꝝ meoꝝ: q̄ fuiſti mecū cru
ci cōfixa ex doloꝛe materne dilectionis teneri
tudo req̄reret vt te nūc mecū adducerem ad
gl̄iam: niſi hoꝝ dilectoꝝ filioꝝ tuoꝝ. ⁊ puſil/
li gregis mei indigētia me moueret: quibꝫ te
matrē ⁊ ꝯſolatricē ac magiſtrāītima pietate
relinquo. ⁊ te eis vt ip̄oꝝ reginā ⁊ dn̄am re/
cōmēdo. Iteꝝ aūt veniā ad te: ⁊ cū īeffabili
gloria aſſumā te. ⁊ vbi ego ſum ⁊ tu ī eternū
ſis mecū.

M ¶ Pars ſexta que dicitur miſſiōis: ſcilicz
ſpirituſſancti.

Eatā ꝟginē fuiſſe p̄ſentē miſſioni
ſpūſſancti: q̄n in die penthecoſtes
in foꝛma ignis ⁊ ī ſpecie linguarū
deſcendit ſup ap̄los in monte ſyon:
nulli dubiū eſt. Diciť aūt pēthecoſtes a pen
tha quod eſt q̄nq̄z: ⁊ coſten qđ eſt decē. quia
q̄nquies decē. i. quinq̄ginta dies ſunt a reſur
rectiōe dn̄i vſq̄z ad ip̄am diē. de quo vide per
Arch. in. c. hunc numeꝝ. lxxxvj. di. Q, autē
etiā ip̄ſa bn̄dicta ꝟgo p̄ſens fuerit patz. quia
Act. j. đr de apoſtolis poſt aſcenſionē chriſti.
Hi om̄s erāt vnanimiter ꝑſeuerātes in oꝛa
tionibꝰ cum maria matre ieſu. Et poſtea ſe/
quiť in. c. ſequēti: ꝙ exiſtētibus illis in eodē
loco factus eſt de celo ſonus tanq̄z aduenietꝭ
ſpūs vehemētis: ⁊ repleuit totam domū vbi
erāt ſedētes ⁊c. Si igiť ſuper om̄s beata vir/
go ſpiritūſanctū (vt indubitāter tenendum
eſt) recepit: ꝑfecto cōſtat ꝙ de eius receptione
mirū in modū exultauit. Miſſio em̄ ip̄ſius
ſpūſſancti totū mūdū letificauit. Unde de fi
lio virginis caniť deo patri in p̄fatione miſſe
pēthecoſtes. Qui aſcendēs ſup om̄s celos ſe
denſq̄z ad dexterā tuam ꝓmiſſum ſpiritūſan
ctum hodierna die in filios adoptiōis effu/
dit. Quapropť ꝓfuſis gaudijs: totus ī oꝛbe
terrarū mūdus exultat ⁊c. Et ideo mľto ma
gis illū recipiētes gaudio ⁊ exultatōe ꝑfudit
Unde ip̄am bn̄dictā ꝟginē (que ip̄ius ſpiri
tuſſancti habitatio ⁊ ſacrariū erat) maioꝛi et
incōparabili cōſolatiōe repleuit. Nō ſolum
aūt tunc: ſed prius ſepius eā repleuerat: ma/
xime in ſua cōceptiōe ⁊ ſanctificatiōe in vte/
ro matris. ſicut ꝑdictū fuerat pſ̄. xlv. Flumi
nis impetꝰ letificat ciuitatē dei: ſanctificauit
tabernaculū ſuū altiſſimꝰ. Item in cōceptio
ne filij dei: iuxta illud Lu. j. Spūſſanctꝰ ſu/
perueniet in te ⁊ virtus altiſſimi obūbꝛabit
tibi. De hac repletiōe ꝓphetatū fuerat Sa
pientie. j. vbi diciť. Spiritꝰ dn̄i repleuit oꝛ/
bem terraꝝ. Ip̄a em̄ oꝛbis terre diciť. vnde
de deo inq̄t Pſ̄. Operatꝰ eſt ſalutē in medio
terre. Semp ergo gaudio replebať virginis
anima: que ſemper ſpirituſcrō erat repleta.
vn̄ dicebat deo illud Sap. xij. O q̄z bonus ⁊
ſuauis eſt dn̄e ſpūs tuꝰ.

¶ Pars ſeptima huiꝰ ſermonis que diciť
aſſumptiōis.

N Atimū gaudiū beatiſſime virgi/
nis in hoc ſmone explicandū di/
citur aſſumptiōis. de quo dicā in
vndecima parte ꝑncipali huius
operis: ſermone. j. ⁊. ij. ⁊ ideo hic ſuccincte ꝑ
tranſeo. Quantū vero gauiſa ſit in glorioſa
ſua aſſumptiōe: nullus hominū moꝛtalium
Gaudiū aſſūptiōis Marie fuit ex q̄tuoꝛ
cognoſcere poteſt. Hoc autem eius gaudiū
cauſabať ex quattuoꝛ. Primo ex eo ꝙ in celū
aſcendebat in aīma ⁊ coꝛpoꝛe. Unde Augu
ſtinꝰ in ſermone aſſumptiōis ait. Letať ma
ria leticia inenarrabili coꝛpe ⁊ anima gl̄ifica

ta per ꝓpriũ filiũ quẽ in vtero geſſit: quẽ ge/
nuit: quẽ fouit ⁊ aluit dei genitrix: dei mini/
ſtratrix: deiq₃ ſeruitrix. de qua qm̃ aliter ſen/
tire nõ audeo: aliter dicere nõ p̃ſumo. hec il/
le. Et idẽ ego dico de imaculata ei⁹ cõceptiõe.
Secũdo cauſabat̃ eius gaudiũ ex eo ꝙ a to/
ta celeſti curia fuit aſſociata. vñ Hiero. i ſer/
mone aſſumptiõis ait. Ad ei⁹ exeq̃as angeli
famulabant̃: ⁊ vniuerſe celoꝝ curie cõgratu/
labant̃. Nec mirũ: qꝛ matern⁹ honoꝛ illi⁹ eſt
q̃ ex ea nat⁹ eſt. Tertio cauſabat̃ hoc ei⁹ gau/
diũ ex eo ꝙ ad dexterã ſui filij erat collocãda
D iuꝛ illõ ps. xliiij. Aſtitit regina a dextrꝭ tuis:
⁊c̃. Quarto ei⁹ gaudiũ cauſabat̃ ex eo ꝙ debe
bat eẽ humani generis aduocata. vñ Berñ.
ait. Ipa eſt humani generis aduocata: q̃ nõ
p̃t ſuſtinere repulſam. qm̃ apõ deũ inuenit
grãm. Prudẽs q̃dẽ ꝟgo nõ ſapiẽtiã vt Sa/
lomon: nõ diuitias: nõ honoꝛes: ſed gratiã₃
q̃rebat. Queram⁹ igit̃ grãm: ſed per inuẽtri/
cem grẽ. Ceteꝝ quicq̃d ẽ quod deo offerre pa
ras: marie cõmẽdare memẽto. vt eodẽ alueo
ad gratie largitoꝛẽ gratia redeat quo influ/
xit. hec ille. Hec ſunt gaudia q̃ cõiter ad ho
Exẽplũ de ſepte₃ gaudijs marie noꝛẽ ipi⁹ btiſſime ꝟginis recolunt̃. S₃ ſcien
dũ eſt ꝙ (vt legit̃) beat⁹ Thomas archiepus
cantuarien̄. q̃tidie cũ magna deuotiõe repete
bat p̃dicta gaudia dicẽs. Gaude ꝟgo mater
xp̃i ⁊c̃. Semel aũt cũ eadẽ gaudia moꝛe ſoli
to in ſuo oꝛatoꝛio diceret: appꝛuit ei ipſa ꝟgo
benedicta ⁊ dixit. Cur fili mi tm̃modo gau/
des de gaudijs meis q̃ trãſierũt: ⁊ nõ poti⁹ le
taris de illis gaudijs que mõ habeo in celo: ⁊
q̃ ꝑpetuo durabũt. Gaude igit̃ ⁊ letare de ce
tero ac exulta mecũ: qꝛ gloria mea excellit di
gnitatẽ ⁊ leticiã oĩm ſanctoꝝ ⁊ cũctoꝛũ ſpiri/
tuũ beatoꝝ. ⁊ maioꝛẽ gl'iam habeo ipa ſola q̃₃
om̃es ſimul angeli ⁊ ſancti. Gaude quia ſi/
cut ſol illuminat diem ⁊ mundũ: ſic claritas
mea illumiat totũ oꝛbẽ celeſtẽ. Gaude qꝛ to/
ta militia celi mihi obedit: me venerat̃ ⁊ ho/
noꝛat. Gaude qꝛ fili⁹ me⁹ mihi ſemꝑ eſt obe/
diẽs: ⁊ meã voluntatẽ ⁊ cũctas preces meas
ſemꝑ exaudit. Gaude qꝛ deus ſemꝑ ad bene/
placitũ meu₃ remunerat ſeruitoꝛes meos in
hoc ſeculo ⁊ in futuro. Gaude quia pꝛoxima
ſedeo ſancte trinitati: ⁊ veſtita ſũ coꝛꝑe meo
gloꝛificato. Gaude qꝛ certa ſum ⁊ ſecura: ꝙ
hec mea gaudia ſemꝑ ſtabũt ⁊ nũq₃ finiẽtur
vel deficient. Et quicũq₃ cũ his gaudijs ſpi/
ritualib⁹ letando in hoc ſeculo me venerabi/
tur: in exitu aĩme ſue de coꝛpoꝛe p̃ſentiã meã
obtinebit: ⁊ ipam aĩam ab hoſtib⁹ malignis
liberabo: ⁊ in cõſpectu filij mei vt mecũ gau/
dia poſſideat p̃ſentabo. Et de hoc habet̃ exẽ/
plũ in miraculis ipi⁹ virginis. vbi legitur ꝙ
quidã q̃tidie dicebat ſeptẽ ei⁹ gaudia. Qui
cũ veniſſet ad moꝛtẽ ⁊ ipſam bñdictã ꝟginẽ
totis affectib⁹ inuocaret: venit illa ꝟginib⁹ co/
mitata: ⁊ cũ maxima angeloꝝ multitudine ⁊
dixit illi infirmo. Chariſſime lõgo tp̃e mihi
gaudia pñtaſti: veni ḡ ſecure: qꝛ nobiſcũ per
ĩfinita ſecula ꝑmanebis. Pro q̃bus ꝟbis ille
miꝝ in modũ exultauit. ⁊ cũ gr̃as egiſſet: fe/
licit̃ migꝛauit ad dñm cũ ipa dei genitrice eter/
nis gaudijs potitur⁹. Quã ꝟginẽ gaudioſã
obſecro vt aĩam meã cũ ex hoc ſeculo migꝛa
rit: in celeſti palacio coꝛã₃ dilecto vnigenito
ſuo felicit̃ p̃ſentare dignet̃. Amen.

¶ Incipit vndecima pars hui⁹ ſmonarij q̃õ
Mariale appellat̃. In qua tractat̃ de gl'ioſe
ꝟginis marie aſſumptõe. ⁊ ꝑticulari ac ꝓpꝛo
noĩe Jubilatio angelica nũcupat̃.

Eleuauerunt A
archã i ſublime: Gen̄. vij. Be
nedicta dei genitrix ꝟgo per ar
cham noe figurat̃. Quia ſicut
illa archa p̃ſeruauit ipm Noe cũ filijs ſuis a
diluuio: ita ipa (⁊ multo excellenti⁹) ſaluauit
totũ humanũ genus ab eterna damnatõe ⁊
de inferni ꝓfundo. vñ illi canit̃ in coꝛona no
ſtra. Archa che ſalua chi vole ate toꝛnare da
lo diluuio moꝛtal che ci ꝓfũda. Figurat̃ etiã Maria archa fe/deris
p archã teſtamẽti ſiue federis. ⁊ hoc quadru
plici ex cauſa. Prima ex cauſa efficiẽte. Illã
em̃ archã fecit Moyſes ex pꝛecepto dei: Ex
odi. xxv. Beatã aũt virginẽ fecit ipſe deus ⁊
habitauit in ea: iuxta illud Pſ. lxxxvj. Ho
mo natus eſt in ea: ⁊ ipſe fundauit eã altiſſi/
mus. Deus em̃ in beata virgine fuit altus:
quãdo eam in vtero ſanctificauit: fuit altioꝛ
quãdo de ea integra eius ꝟginitate naſci vo/
luit. Fuit ꝟo altiſſim⁹ quãdo ipam ſuꝑ om̃s
angelos exaltauit. Rõne igit̃ cauſe efficiẽtis
iſta archa ꝟginal' fuit nobilioꝛ ⁊ dignioꝛ ar/
cha federꝭ. Scd̃o ipſa archa federis figurat
beatã ꝟginẽ rõne cauſe materialis. fuit enim
facta de lignis ſethim: Exo. xxv. q̃ ligna ſm̃
Hiero. habẽt leuitatẽ: pulchꝛitudinẽ foꝛtitu
dinẽ ⁊ imputribilitatẽ. per que intelligũtur
quattuoꝛ dotes coꝛꝑis eius. Coꝛp⁹ em̃ glio/
ſum ipius btiſſime virginis eſt leue p ſubti/
litatẽ: pulchꝛũ p claritatẽ: foꝛte p agilitatẽ: ⁊
ĩputribile p imoꝛtalitatẽ. Tertio ipſa archa
dñam nr̃am figurat ratõe cauſe foꝛmalis: qꝛ